

**ACTA
NUNTIATURAE POLONAE**

Memoriae Gregorii filii nostri carissimi sacrum

Il Mio Amico & Fratello
Signor Don. Luigi Maria Lorenzini

E che che doucians e per qui la settimana passata sono giunti in g.^{na} Con esse-
ne riceuuto quattro di V. E. una di 16. doi di 23. di foras, et una del x.^o di
Marsy tutt' in risposta delle mie, che non danno uolera ad altra replica.
Questa Città è quasi deserta per l'assenza del Re, di cui ordine gari-
quattro di sono il resto della Musica che si tiene qui per servir tutt' in Vilna
Cassa della Lithuania lontana di più quasi 500. miglia Italiano, oue d. M.
fa preparare una certa Comedia per recreatione al principio dell' Star,
e per deuot.^{ur} fa nobili, e grandi apparecchi per la Translatione del Corp-
di S. Casimiro. Et già di più chiamat' a se la d.^{na} Principessa sua sorella,
che se prepara per andar' al principio di maggio, se la sua uoca sanita gli lo
permettira.

Tutto questo conferma la uoce, che d. M. sij per Star lungamente in Vilna, e
giorra me in obligo di far quest' altro viaggio.

Et che si occorre di più sopra, si contiene nella copia, che mando, della let-
scritta dal d.^{no} Principe di Transiluania, e risposta con la quale d. M. -
scrisse il suo Ambasc.^{or} il mese gan. Et a V. E. faccio similis.^o cum.^o Varsouia

Il Mio Amico

h. 7. d. Aprile 1636



275

Il Mio Amico, e di ogni l. Re.

M. Amico & Fratello
M. Amico & Fratello

ACADEMIA SCIENTIARUM ET LITTERARUM POLONA

SUMPTIBUS FUNDATIONIS LANCKOROŃSKI

**ACTA
NUNTIATURAE POLONAE**

TOMUS XXV

**MARIUS FILONARDI
(1635–1643)**

*

**Volumen 1
(12 II 1635 – 29 X 1636)
in quo publicantur etiam documenta**

edidit

THERESIA CHYNCZEWSKA-HENNEL



CRACOVIAE 2003

Volumen hoc edendum curavit:

Wanda Lohman

Praefationem, summaria et annotationes in Latinum vertit:

Iosephus Korpanty

Correctiones fecit et textum graphice composuit:

Jaroslaus Brzoskowski

Indicem nominum personarum, locorum, institutionum que praeparavit:

Andreas Alexander Zięba

ISBN 83-88857-67-3

CONSPECTUS RERUM

PRAEFATIO

De Mario Filonardi nuntio	VII
De fontibus ad nuntiaturam Marii Filonardi pertinentibus	XXI
Studia et fontes auxiliarii quibus in hoc volumine apparando usi sumus .	XXXII
Index fontium qui in hoc volumine publicantur	XLV
Opera in quibus scripta ad nuntiaturam Marii Filonardi attinentia publicata sunt	XLVII

TEXTUS	1
--------------	---

APPENDICES	305
------------------	-----

INDEX NOMINUM PERSONARUM, LOCORUM ET INSTITUTIONUM	319
-------------------------------------------------------------	-----

PRAEFATIO

De Mario Filonardi nuntio

Marius Filonardi¹, nuntius Sedis Apostolicae apud Polonos annis 1636–1643, notus fuit olim rerum gestarum scriptoribus et artium historiae peritis praecipue ex iis, quae Albrichtus Stanislaus Radziwiłł chronicorum scriptor tradidit², e nuntii relationibus in Thecis Romanis conscriptis et e fragmentis acta nuntiaturae continentibus, quae fragmenta, antequam scripta a Basilianis publicata sunt, pauca fuerunt et iam in versione originali (A. Theiner, E. Šmurlo)³, iam Polonice (E. Rykaczewski) legi poterant⁴. Epistulis omnibus Filonardii, quorum volumen in *Actis Nuntiaturae Polonae*⁵ publicabitur, editis

¹ Quam vitam in breve coactam publicavi in: *Odrodzenie i Reformacja w Polsce*, XLIII 1999, p. 151-162.

² Albrichtus Stanislaus Radziwiłł, *Memoriale Rerum Gestarum in Polonia 1632–1656*, ed. A. Przyboś, R. Żelewski, t. II (1634–1639), t. III (1640–1647), Wratislaviae-Varsaviae-Cracoviae 1970, 1972; idem, *Pamiętnik o dziejach w Polsce*, verterunt A. Przyboś et R. Żelewski, t. I (1632–1636), t. II (1637–1646), Varsaviae 1980.

³ *Vetera Monumenta Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia*, ed. A. Theiner, t. III, A Sixto PP V usque ad Innocentium PP XII, 1585–1696, Romae 1861, p. 411-421; E. Šmurlo, *Otčet o dvuh komandirovkach v Rossiju i zagranicu v 1892/3 i 1893/4*, Juriev 1895, p. 230-236; idem, *Le Saint-Siège et l'Orient Orthodoxe Russe 1609–1654*, Pragae 1928, p. 125-194 passim.

⁴ Quod ad scripta Polonorum lingua edita pertinet, laudari necesse est vitas, mentiones biographicas et bibliographias has: P.W. Fabisz, *De legatis et nuntiis apostolicis in vetere Polonia (1075–1863)*, Ostroviae 1864, p. 241-243, 391; *Relationes nuntiorum apostolicorum aliorumque de Polonia inde ab anno 1548 usque ad annum 1690*, ed. E. Rykaczewski, t. II, Berolini-Posnaniae 1864, p. 272-280, in p. 272 dies falsus scriptus est (recte: 12 VI 1638); V. Czermak, *Rapport sur les travaux de la mission de Rome en 1890/91*, BIASC, Séances de l'année 1891, Cracoviae 1891, p. 357-359; A. Przeździecki, *Bibliographica pertinentia ad libros manu scriptos res Polonas continentes, qui in bibliothecis quibusdam et archivis alienis excussi sunt annis 1846–1849*, Varsaviae 1850, passim; T. Wierzbowski, *Synopsis legatorum a latere, legatorum natorum, nuntiorum ordinariorum et extraordinariorum, internuntiorum...*, in *Polonia terrisque adiacentibus 1073–1794*, Romae 1880, p. 20, 63; K. Estreicher, *Bibliografia Polska*, t. XVI (E–F), Cracoviae 1898, p. 224; sub voce – Filonardi, etiam Philonardy Marius, *Wielka Encyklopedia Powszechna*, t. XXI, Varsaviae 1898 (series 1), p. 498-401; sub voce – Filonardi Marjusz, S. Orgelbranda *Encyklopedia Powszechna*, t. V, Varsaviae 1899, p. 394; M. Brahmer, *Cognationes Polono-Italicae. De commerciis culturalibus Polonorum Italarumque*, Varsaviae 1980, p. 322-324; H.D. Wojtyńska CP, *Series Acta Nuntiaturae Polonae (ANP)*, t. I, *De fontibus eorumque investigatione et editionibus. Instructio ad editionem. Nuntiorum series chronologica*, Romae 1990, p. 257-258; J. Bazydło, *Filonardi*, *Encyclopaedia Catholica*, t. V, Lublini 1989, p. 239.

⁵ Volumina, quae publicata sunt in serie editoria „Acta Nuntiaturae Polonae”, contulit Lescus Jarمیński in: ANP, t. XV, *Germanicus Malaspina (1591–1598)*, vol. I (I XII 1591–31 XII 1592), Cracoviae 2000, paginae numeris carent.

sine dubio poterimus in nuntiaturam eius subtilius inquirere, quam infamis reliquit, sed etiam in biennium, quo munus nuntii usque ad mensem Augustum anni 1645 vacavit⁶. Volumen utilissimum a Basilianis editum continet fragmenta actorum nuntiaturae, saepe sola ea, quae ad professiones fidei varias, Ucrainam et Cosacos pertineant⁷. De Filonardio in Europa illo tempore multa scripta sunt, qua de re infra disputabitur, hic commemorandae sunt tres epistulae ex Europa centrali ad S. Iosephum Calasanctium scriptae. Quibus in epistulis legitur etiam de iis, quae Filonardius egit pro Piaristarum congregatione a viro illo condita⁸.

Verisimillimum videtur Marium Filonardium (Filonardi, Philonardi) Romae saeculi XVI parte posteriore natum esse. Filius fuit Scipionis et Brigidae Ambrosi, quae e gente Agnani originem duxit⁹. Familia Filonardii¹⁰ orta est e Bauco (hodie Boville Ernica in provincia Frosinone). Cum Ennius Filonardius¹¹ honores in Ecclesia cepisset et anno 1536 cardinalis factus esset, Filonardiorum gens multos Sedis Apostolicae viros celeberrimos tulit. Tres Marii Filonardi fratres res magnas in Ecclesia gesserunt et summos adepti sunt honores. Philippus (circa 1576–1622) anno 1608 Flaminio, avunculo suo, episcopo Aquinatensi successit, annis 1610–1614 vicelegatus Avenionensis fuit, anno autem 1611 cardinalis creatus est. Anno 1615 episcopatum Aquinatensem accepit frater eius Alexander (obiit anno 1645). Paulus Aemilius (obiit 1624) anno 1616 archiepiscopus Amalphitanus est factus et eodem anno nuntius Neapolitanus¹². Nihil scimus de Filonardio iuvene, ignoramus, quibus artibus

⁶ Innocentio X pontifice maximo in Poloniam venit Ioannes de Torres, qui nuntius fuit annis 1645–1652; ANP, t. I, p. 259.

⁷ Welykyj, *LPF – Litterae SC. de Propaganda Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarusiae spectantes*, coll. et adnotationibus illustravit P. Athanasius G. Welykyj OSBN, t. I, Romae 1954, p. 137-168; idem, *LNA – Litterae nuntiorum apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes (1550–1850)*, t. V, Romae 1961, p. 213-299; t. VI, Romae 1962, p. 5-169.

⁸ Monumenta Historica Scholarum Piarum. Epistulae ad S. Iosephum Calasanctium ex Europa Centrali 1525–1648. Collectae ac commentariis historicis illustratae a P. Georgio Sántha Sch.P., Romae MCMLXIX, passim.

⁹ Henri Reynard-Lespinasse, *Armorial Historique du Diocèse et l'état d'Avignone*, Paris, s.d. (Section d'Art Héraldique), p. 84-85.

¹⁰ I. Garampi, *Synopsis Legatorum et Nuntiorum Apostolicorum in Polonia*, AV, F. Garampi 23 f. 105–107br; S. Ciampi, *Bibliografia critica delle antiche reciproche corrispondenze politiche, ecclesiastiche, scientifiche, letterarie, artistiche dell'Italia colla Russia, Polonia ed altre parti settentrionali*, Firenze 1834–1839, t. I, p. 250, t. II, p. 73, 77; R. Becker, *Filonardi Mario*, Dizionario Biografico degli Italiani (DBI), Roma 1997, vol. 47, p. 826-829.

¹¹ R. Becker, *Filonardi Ennio*, DBI, vol. 47, s. 819-826.

¹² M. Bray, *Filonardi Paolo Emilio*, DBI, vol. 47, p. 829-830; F.F. De Daugnon, *Gli Italiani in Polonia dal IX secolo al XVIII*, t. II, Crema 1907, p. 116; Dizionario di Erudizione Storico – Ecclesiastica da S. Pietro sino ai nostri giorni, compilato da Gaetano Moroni Romano, vol. III, in Venezia 1840, p. 257, 259, 289; P.M.S. Fantoni Castrucci, *Istoria della città d'Avignone e del contado venesino stati della Sede Apostolica nella Gallia...*, in Venetia 1678, t. I, libro 1, p. 25, libro 3, p. 472, t. II, libro 3, n. 78, p. 337, Supplementum Novum Purpurae Doctae seu vitae, legationes, res gestas, obitus ... per Georgium Iosephum ab Egga, 1729, p. 507-508;

eruditus sit, quos primos in Ecclesia ceperit honores. Constat tantum eum anno 1610 Paulo V pontifice maximo curialem factum esse. Eodem pontifice maximo assessor tribunalis S. Inquisitionis est creatus et anno 1616 munus canonici S. Petri, quod frater eius Paulus Aemilius antea explevit, accepit. Anno 1620 „referendarius utriusque signaturae”, die 16 m. Septembris anni 1620 archiepiscopus Avenionensis, anno autem 1629 vicelegatus Avenionensis creatus est.

Ipse de officiis Sedi Apostolicae praestitis scripsit in epistula quadam Varsaviae anno 1640 data: „Sono 26 anni finiti, che servo la Santa Sede”¹³. Itaque nuntius affirmavit se anno 1614 Sedi Apostolicae servire coepisse.

Quae Filonardius Avennione egit, cum Francogallorum internis coniuncta erant. Cum vicelegatus Avenionensis creatus est, regiones ad Ecclesiam pertinentes a hugenotis iam tutae erant. Rupella die 28 X anni 1628 se dedit, anno 1629 hugenotis „edicto gratiae” religionis libertas est data. Quae cum ita essent, copiae papales, quae in finibus civitatis papalis in Francogallia erant quibusque vicelegatus praeerat, diminutae sunt¹⁴. Sed paulo post copiae iterum auctae sunt propter rebellionem a Gastonio d’Orleans et duce Montmorency, viris nobilissimis, concitatam, quae in regiones pontifici maximo subiectas permanavit. Anno 1632 Roma Filonardius 50 milia scudorum accepit, ut Avennionem firmaret¹⁵. Praeterea Filonardio placuit, ut statuerentur quaedam ad vagatores nocte sine luce in urbe commorantes, piscationem, etc. pertinentia¹⁶.

Die 26 XI anni 1634 Filonardius Romam revertit. Ante diem 20 mensis Ianuarii anni sequentis eum nuntium apud Polonos esse factum cognoscimus ex epistula, quae ad Honoratum Visconti, praedecessorem eius, Roma missa est¹⁷.

Primum documentum, quod nuntio datum est, fuit instructio Congregationis de Propaganda Fide die 12 II 1635 comprobata¹⁸, quae ad res Rem Publicam

F. Ughello, *Italia Sacra sive de episcopis Italiae et insularum adjacentium*, tomus septimus, Venetiis, apud Sebastium Coleti 1721, col. 253, n. 47; D. Samarthanus, *Gallia Christiana*, t. I, Parisiis 1715, p. 836-7.

¹³ M. Filonardius ad cardinalem Franciscum Barberini, Varsavia, 27 d’Octobre 1640, BV (Bibliotheca Apostolica Vaticana), Barb.Lat. 6596, f. 195r.

¹⁴ G. Moroni, op. cit., p. 259.

¹⁵ P.M. Sebastiano Fantoni Castrucci, *Istoria della città e del contado venesino stati della Sede Apostolica nella Gallia...*, in Venetia 1678, p. 472, n. 49; H. Reynard-Lespinasse, *Armorial historique du diocèse de l’état d’Avignon*, Paris, s.d., p. 84-85.

¹⁶ Recueil des principaux reglemens faits par les eminentissimes cardinaux legats, ou illustrissimes et excelentissimes vice-legats, concernans la Cité d’Avignon et le Païs du Comté Venaissin. Ensemble la Bulle, Super Bono Regimine, Avignon 1670, p. 103-105, 117, 309.

¹⁷ Secretarius Status ad Honoratum Visconti 20 I 1635, AV, Nunz.Pol. 175 f. 99r: „.... ha la medesima poi risultato anche in riguardo di sollevarla da coteste fatiche, di darle per successore Mons. Mario Filonardi Arcivescovo d’Avignone. Egli s’andarà preparando per il viaggio”.

¹⁸ Archivio Propaganda Fide (AFP), Istruzioni diverse degli anni 1623-1638, vol. I, f. 215-217.

tangentes pertinuit. Qua in instructione actum est de collegiis pontificiis Vilnae et Braunsbergae conditis, disciplina monasteriali, Unitis adiuvandis, Ecclesia Armenia, aliis. Facultates accepit die 15 III 1535¹⁹, litteras autem credentiales et breve Urbani VIII die 12 IV²⁰. Quod ad nuntiaturam a Filonardio ineundam pertinet, Henricus Biaudet et Patricus Gauchat, Franco-gallorum viri docti, variant. Quorum alter contendit id brevi pontificio Filonardio tradito factum esse die 15 III 1635, alter autem dixit nuntium munus suum die 12 IV 1635, quo litteras credentiales accepisset, iniisse²¹. Kalendis Aprilibus anni 1635 Filonardi accepit instructionem longam Secretariatus Status²², in qua ei nuntio munera sunt assignata atque Poloniae constitutio nec non praesens rerum status explicatus est. Sedi Apostolicae placuit nuntium id potissimum agere, ne Vladislaus IV alia sacra secutis, praecipue autem orthodoxis, cederet atque ut hac re unitos iuaret et regi persuaderet, ut contra Turcas proficisceretur. In rebus ecclesiasticis nuntio imprimis curandum erat, ut fidei canones sacri et Concilii Tridentini decreta observarentur²³ (hic inter alia pertinebant: principium „juspatronatus”, immunitas cleri laici et monasterialis, observatio disciplinae monasterialis, commoratio episcoporum in suis dioecesibus, alia)²⁴.

Die 30 mensis Martii nuntius Vindobonensis Malatesta Baglioni epistolam ad Filonardium misit, ut ei gratularetur, quod nuntius apud Polonos erat factus; scripsit quoque se sperare fore, ut eum in Poloniam iter facientem mox conveniret²⁵. Sed factum est aliter atque nuntii cogitaverunt. Nam cum Filonardius iter in Poloniam appareret, Romam nuntius est allatus Treviros ab exercitibus Hispaniensibus captos esse, Philippum Christophorum Söterna (1567–1652)²⁶ archiepiscopum, urbis huius electorem, Gandavum esse abductum.

¹⁹ AV, Sec.Brev. 821 f. 460-467.

²⁰ Theiner, VMPL, vol. III, p. 411.

²¹ H. Biaudet, *Les Nuntiations Apostoliques permanantes jusq'en 1648*, p. 217, 232, 266; P. Gauchat, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, vol. IV (1592–1667), Patavii 1967, p. 105.

²² Cop.: AV, Misc.Arm. III 36 f. 398r-424r; BV, Barb.Lat. 5691 f. 43r-80v; AV, Fondo Pio 21 f. 2v-34r; E. Šmurlo, *Otčet...*, p. 230-236 (fragmenta); Theresia Chynczewska-Hennel, *Unio et orthodoxi in primis instructionibus Mario Filonardi datis*, [in:] *Studia ad Europae Mediae Orientalisque historiam pertinentia*. Liber professori Ladislao A. Serczyk sexagenario oblatu, red. E. Dubas Urwanowicz, A. Mironowicz, H. Parafianowicz, Bielsostokii 1995, p. 187-193.

²³ Eadem aliis quoque nuntiis iussa sunt. Cf. Instruzione a V. Sig. Monsignore Arcivescovo di Thebe, destinato da N.to Signore suo Nunzio ordinario in Fiandra (Roma, Aprile 1635) [in:] *Recueil des Instructions Générales aux Nonces de Flandre (1596–1635)*, publié par Alfred Cauchie et René Maere, Bruxelles 1904, p. 188, 190, 213 sq.

²⁴ Cf. N. 8.

²⁵ Min.: AV, Fondo Pio 73 f. 136r-v.

²⁶ W. Seibrich, *Sötern, Philipp Christoph Reichsritter von (1567–1652), Die Bischöfe des Heiligen Römischen Reiches 1648–1803. Ein biographisches Lexicon*, Berlin 1990, p. 468-471; De politica Romana tempore Urbani VIII pontificis maximi: G. Lutz, *Rom und Europa*

Est, quod memoremus electorem Trevirensis Francogallis favisse ideoque abductione illa factum esse, ut Francogallia, quae discordiam, quae ei inde a 150 fere annis cum Hispanis fuerat, placare voluisset, bello se immisceret.

Urbanus VIII nuntio Coloniensi et nuntio Vindobonensi intercedente operam dare coepit, ut archiepiscopus et elector Trevirensis liberaretur²⁷. Placuit etiam Curiae Romanae nuntium Filonardium, rebus Avenionensibus exercitatum, Vindobonam mitti, ut archiepiscopo et electori libertatem redderet.

Die 30 mensis Iunii anni 1635 Filonardius breve pontificium accepit, die autem 9 mensis Iulii instructionem Secretariatus Status aliaque documenta ad Philippi Christophori Söterna vitam eiusque incarcerationem pertinentia²⁸.

Marius Filonardi die 12 mensis Iulii Romam reliquit, iter fecit per Florentiam, Bononiam, Mantuam, Veronam, Tridentum et Aenipontem, ubi in aulis commoratus est, unde litteras properas longas misit²⁹. Die 17 mensis Augusti nuntii Malatestae Baglioni comes munus suum Vindobonae explorare coepit³⁰. Vindobonae septem menses mansit, qua ex urbe – sicut postea e Polonia – plurimas epistulas misit, imprimis ad „cardinalem patronem” – Franciscum Barberini. Dedit etiam epistulas, sed multo rariores, ad Antonium Feragalli, notarum arcanarum secretarium, et Franciscum Adrianum Cevi, secretarium status. Filonardi commercium litterarum habuit cum Antonio Barberini iuniore, Congregationis de Propaganda Fide secretario, et cum vicepraefecto, cui eadem nomina fuerunt³¹, cum Francisco Ingoli, Congregationis secretario, cum aliis³². Digna est, quae commemoretur, amicitia, quam Filonardius iunxit cum Francisco Ingoli, viro et sacerdote admirabili, qui opus „Relazione delle Quattro Parti del Mondo” inscriptum

während des Pontifikats Urbans VIII, [in:] *Rom in der Neuzeit. Politische, kirchliche und kulturelle Aspekte*, herausgegeben von R. Elze, H. Schmidinger, H. Schulte Nordholt, Wien – Rom 1976, p. 72-167; L. Nussdorfer, *Civic Politics in the Rom of Urban VIII*, Princeton, New Jersey 1992; C. Renoux, *Urbano VIII, Dizionario Storico del Papato*, diretto da P. Levillain, Milano 1996, vol. II, p. 1495-1498.

²⁷ Konrad Reppen, *Papst, Kaiser und Reich 1521–1644, Die Römische Kurie und der Westfälische Friede*. Band I, Bibliothek des Deutschen Historischen Instituts in Rom. Band 24, Tübingen 1962, p. 387 sq.

²⁸ Breve, AV, Misc.Arm. III 36 f. 489r; AV, Fondo Pio 21 f. 42v-43v; instructio, AV, Misc.Arm. III f. 483r-487r, f. 501r-508r; Barb.Lat. 5691 f. 81r-102r; AV, Fondo Pio 21 f. 34r-42v.

²⁹ BV, Barb.Lat. 6596, f. 1r (Florentia 17 VII); AV, Nunz.Pol. 47 f. 149r (Bononia 23 VII); ibidem, f. 150r (Mantua 26 VII); ibidem, f. 165r (Verona 29 VII); ibidem, f. 166r (Tridentum 31 VII); ibidem, f. 167r (Aenipons 6 VIII).

³⁰ AV, Nunz.Pol. 47 f. 169r (Vindobona 18 VIII 1635). „Hora io son’ in Vienna dall’altra sera in qua...”

³¹ Prosopographia Familiae Barberini tempore pontificatus Urbani VIII, in: Markus Völkel, *Römische Kardinalshaushalte des 17. Jahrhunderts. Borghese – Barberini – Chigi*, Tübingen 1993, p. 418-470.

³² M.Völkel, op. cit., p. 136 sq, 418-470; A. Kraus, *Das Päpstliche Staatssekretariat unter Urban VIII 1623–1644* mit einer Einführung von H. Jedin, Rom, Freiburg, Wien 1964, p. 90 sq; 150-159, 223-245, passim.

composuit³³. De amicitia illa plurima cognosci possumus ex epistulis, quas viri illi inter se dederunt acceperuntque³⁴.

Quae Filonardius egit, ut archiepiscopus, elector Trevirensis, liberaretur, frustra fuerunt, quamquam haud parum in ea re profecit, cum Vindobonae esset. Sötterna demum decem annis post libertatem recuperavit.

Cum Filonardius Vindobonae commoraretur, in epistulis suis multa de rebus Polonis scripsit³⁵: de Vladislao IV, Polonorum rege, purpuram capucino Valeriano Magni petenti, de rege ab Elisabetha ducissa uxore ducenda avertendo, quae fuit Calvinii assecla, cuius pater fuit Fridericus (V) palatinus Rheni expulsus et Bohemorum Rex expulsus, mater autem soror Caroli I, Britannorum regis. Plurima scripsit Filonardi de rebus Suecicis, praecipuam autem dedit operam indutiis viginti annorum, quam Res Publica cum Suecia in Sztumska Wieś (Stumdorf) die 12 mensis Septembris anni 1635 fecit.

De iis, quae in Polonia fiebant, Filonardium certiore fecit Sedes Apostolica et Honoratus Visconti, cuius consilia secutus est e.g. tum, cum Vindobonae esset Ioannes Casimirus³⁶, qui in bellum proficiscebatur, cui praefectus militum interfuit et in confinio Francogallo-germanico ad Vormatiam et Francofurtum ad Moenum cum Francogallis et Suecis bellavit.

Inde a mense Septembri anni 1635 nuntius iterum atque iterum rogavit, liceretne sibi in Poloniam proficisci³⁷. Die 16 mensis Februarii anni 1636 Vindobonam reliquit et iter faciens per oppidum Nicolsburg (Mikulov)³⁸, ubi paulisper commoratus est, deinde per Cracoviam³⁹ die 20 mensis Martii Varsaviam venit⁴⁰. Ex iis, quae nuntii de itinere in Poloniam facto scripserunt, discimus Italos Polonosque multis inter se distulisse, scil. cultu atque humanitate, moribus, animis, rebus politicis⁴¹. In Polonia Filonardio contigit, ut

³³ Francesco Ingoli, *Relazione delle Quattro Parti del Mondo*, a cura di Fabio Tosi, con un saggio di Josef Metzler, Urbaniana University Press, Città del Vaticano 1999; de utroque viro scripsi in libri huius censura, quae in „Odrodzenie i Reformacja w Polsce” XLV, 2001, p. 285-289.

³⁴ APF, SOCG 136; BV, Vat.Lat. 8472; BV, Vat.Lat. 8473.

³⁵ Cf. Barb.Lat. 6596 f. 19r-50v; BV, Barb.Lat. 6590 f. 19r-154r.

³⁶ AV, Nunz.Pol. 175, f. 117-118r (Roma 29 XII 1635). De Ioanne Casimiro bellum participante: Z. Wójcik, *Ioannes Casimirus Vasa, Wratislaviae-Varsaviae-Cracoviae* 1997, p. 22; A. Szelągowski, *De imperio labente et causa Polonorum Ladislao IV regnante*, Cracoviae 1907.

³⁷ Anno 1635 mense Septembri exeunte scripsit de ea re ad A. Feragallo: BV, Barb.Lat. 6596 f. 8r. „Io tanto non parto per Polonia”; die 13 X Sect. Status respondit ei: „Il negotio [res Trevirensis – T.Ch.H.] non si puo pensare alla partenza per Polonia“ – BV Barb. Lat. 6590 f. 45r.

³⁸ AV, Nunz.Pol. 47 f. 259r (Nikolsburg 21 II 1636).

³⁹ Ibidem, f. 267r-268r (Cracovia 7 III 1636) „A 29 del caduto giunsi in Cracovia...” (f. 267r).

⁴⁰ Ibidem, f. 272r (21 III 1636) „Hier sera giunsi in questa città...”

⁴¹ Henricus Damianus Wojtyńska CP, *Da Roma a Cracovia. I viaggi degli inviati pontifici in Polonia nei sec. XVI-XVIII*, in: *Viaggio in Italia e viaggio in Polonia*, a cura di D. Quirini-Popławska, „Zeszyty Naukowe UJ” 1127, Studia Historica 110, Cracoviae 1994, p. 85-107.

Honoratum Visconti, praecessorem suum, parumper conveniret⁴², qui mense Aprili ineunte Poloniae valedixit⁴³. Cum cognovisset aulam regiam a Varsavia abesse, die 17 mensis Maii anni 1636 Vilnam se contulit, ubi interfuit caerimoniis, quae apparatusatae sunt per occasionem reliquiarum S. Casimiri in capellam cathedralem transferendarum, quae Vladislao IV eiusque patre auctoribus nuper est structa⁴⁴. Avviso⁴⁵, ubi hae caerimoniae fuse sunt enarratae, pertinet ad multa alia documenta, quibus spectacula theatraalia et musica⁴⁶ descripta sunt (etiam Vindobonensia), nec non itinera in Polonia facta. Nuntius scripsit, quae sensisset, cum viseret Cracoviam mense Martio anni 1636⁴⁷, Villam Radioviensem mense Maio anni 1636⁴⁸, Vilnam, Gedanum mense Octobri anni 1638⁴⁹, Czenstochoviam mense Maio anni 1639⁵⁰. Pauci, ut videtur, nuntii eorumque secretarii tam verbosas colorumque plenas descriptiones sollemnum in aula actorum confecerunt, quales Filonardius Romam misit cum aliis litteris, quae omni hebdomada cursoribus portandae datae sunt. Dignum, quod commemoretur, est sollemne, quod unum ex magnificentissimis fuisse nuntius putavit, quo nuptiae Ladislai IV et Caeciliae Renatae celebratae sunt. Varsaviae eo tempore plus quam 14 dies festi aulici agitati sunt⁵¹. Magna cum arte enarravit etiam Filonardius sollemnia, quae celebrata sunt per occasionem fidei iureiurando ab electore Brandenburgensi Friderico Gulielmo Hohenzollern Vladislao IV Varsaviae mense Octobri anni 1641 promissae⁵².

⁴² Nuntius in epistula die 21 III anni 1636 data Sedem Apostolicam certiore fecit se a Honorato Visconti Varsaviae salutatum esse; AV, Nunz. Pol. 47 f. 272r.

⁴³ Filonardius in epistula die 29 III anni 1636 data scripsit nuntium, cui successit, Poloniam reliquisse; BV, Barb. Lat. 5696 f. 64r-v.

⁴⁴ T. Chynczewska-Hennel, *De Mario Filonardio Vilnae commorante (1636)*, „Barok. Historia – Literatura – Sztuka”, IV/2(8), p. 51-63.

⁴⁵ Avviso, BV, Barb. Lat. 6598 f. 20r-21r (Vilnae, 26 VIII).

⁴⁶ K. Targosz-Kretowa, *Theatrum in aula Ladislai IV (1635-1648)*, Cracoviae 1965; G.L. Masetti Zannini, *La nunziatura di Varsavia e la segretaria italiana del re (1635-1645)*, in: *Miscellanea Settempedana II*, a cura di O. Ruggieri, San Severino Marche 1979, p. 63-89; O. Ruggieri, *Scenografia e cronaca teatrale in alcuni dispacci di Filonardi*, ibidem, p. 139-148; M. Brahmer, op. cit. Adn. 3.

⁴⁷ Adn. 30.

⁴⁸ BV, Barb. Lat. 6590 f. 167r-168r; M. Barbasiewicz, E. Pustola-Kozłowska, *Villa Radioviensis. Facta et aenigmata*, Varsaviae 1997, p. 44.

⁴⁹ AV, Nunz. Pol. 47 f. 536r-v.

⁵⁰ T. Chynczewska-Hennel, *De nuntiis Czenstochoviam peregrinantibus (saec. XVI-XVII)*, in: *Peregrinationes. Peregrinationes in cultura veteris Europae*, ed. curaverunt H. Manikowska et H. Zaremska, Varsaviae 1995, p. 221-224; de nuntiorum itineribus cf.: H.D. Wojtyńska CP, *Da Roma a Cracovia. I viaggi degli inviati pontifici in Polonia nei sec. XVI-XVIII*, „Zeszyty Naukowe UJ” 1127, *Studia Historica* 110, Cracoviae 1994, p. 85-107.

⁵¹ M. Filonardius ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 12 IX 1637, BV, Barb. Lat. 6598 f. 225r-226r.

⁵² M. Filonardius ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae 12 X 1641; BV, Barb. Lat. 6598 f. 225r-226r.

Filonardius, cum nuntius apud Polonos esset, praecipuam dedit operam, ut Ecclesiam unitam in Polonia adiuvaret⁵³. Vladislaus IV orthodoxis civibus Rei Publicae benevolus fuit, vetera orthodoxorum iura et hierarchiam illius Ecclesiae in „punctis”, quae „pacificationis” vocantur, restituit, quod Sedes Apostolica moleste tulit. Congregatio de Propaganda Fide, Secretariatus Status et pontifex maximus indignans ad Honoratum Visconti scripsit, Urbanus VIII ipse Vladislaum rogavit, ut unitos tutaretur et tum, cum ille non fuit nisi rex electus⁵⁴, et postquam diademate regio est ornatus⁵⁵.

Filonardius, cum in Poloniam venisset, in epistulis suis Romam missis scripsit „puncta pacificationis” privilegia orthodoxis concedentia (quae constitutio „Religio Graeca” a. 1635 complexa est) partim expleri. Nuntius putavit regi de Ecclesiis Orientalibus statim statuendum esse, quia is id ageret, ne bellum domesticum iterum exardesceret⁵⁶. Praeterea Honoratus Visconti, Filonardii praedecessor, frustra operam dedit, ne „Diploma” expleretur.

In comitis saepius habitis de orthodoxis et unitis nihil actum est, ipse Filonardius putavit similiter rem se habuisse patre Vladislai IV regnante, quo tempore multae aliae res differebantur. Anno 1637 non contigit, ut „nova unio” nasceretur, id est ut inter orthodoxos et unitos bene conveniret. Quod eam ob rem quoque factum est, quod Congregatio de Propaganda Fide nisi confessione fidei secundum praecepta a Concilio Florentino data ab orthodoxis facta colloquia haberi vetuit. Qua de re Filonardium certiore fecit Antonius Barberini, Congregationis praefectus, in litteris die 20 m. Decembris a. 1636 datis, ubi in memoriam sunt revocata ea, quae in instructione die 6 m. Iulii a. 1636 divulgata sunt scripta, quam instructionem ab omnibus nuntiis observari necesse erat⁵⁷. Clarius eae res conscriptae sunt in instructione Congregationis nuntio die 12 m. Iunii anni 1638 missa⁵⁸. Brevi pontificio die 14 m. Februarii anni 1639 dato rex concilium commune orthodoxorum unitorumque convocare vetitus est⁵⁹.

Sedes Apostolica unitis et orthodoxis operam dabat et simul per Filonardium id egit, ut Ecclesiam Armenam ad unionem cum Ecclesia

⁵³ T. Chynczewska-Hennel, *Marius Filonardius quomodo unionem curaverit* (versio Ucrainensis), „Kovčeg”, III, 2001, p. 229-241.

⁵⁴ A. Theiner, op. cit., p. 401-402.

⁵⁵ E. Šmurlo, *Le Saint Siège...*, p. 94 (pars I); quam quaestionem tractaverunt: J. Dziegielewski, *Tolerantia pro oppressis. Ladislaus IV erga cives varia sacra sequentes quomodo se gesserit*, Varsaviae 1986, p. 71-72; H. Wisner, *Catholici, homines religionis Graecae et alii*, in: *Ladislaus IV Vasa*, Wratislaviae, Cracoviae 1995, p. 131-136; de iis, quae Valerianus Magni egit, cf. J. Cygan, OFM Cap., *Valerianus Magni (1586-1661) „Via prima”*, operum recensio et bibliographia, Romae 1989, p. 63-66.

⁵⁶ LNA, vol. V, p. 215-216.

⁵⁷ Monumenta Ucrainae Historica, t. IX, p. 189; BV, Vat.Lat. 8472 vol. 1, f. 58r, 59r-60v.

⁵⁸ E. Šmurlo, *Le Saint-Siège*, p. 144-145; E. Rykaczewski, op. cit., p. 272-275 (dies in documento scripta perperam indicata est).

⁵⁹ Acta S.C. de Propaganda Fide, t. I, Romae 1953, p. 170-171, nr 295.

Romano-catholica faciendam adhortaretur. Quae res initium cepit ab actu fidei ab archiepiscopo Nicolao Torosowicz ter peracto: anno 1627 private, anno 1630 publice, anno 1634 sollemniter, sed non est facta nisi aliquot decenniis praeteritis. Filonardius omnes controversias inter archiepiscopum Torosowicz, regem et episcopatum Romano-catholicum Polonum ortas componere studuit. Ad controversiam cum Leopoltanis ortam accessit etiam controversia cum ipso Filonardio concitata, de quo querens Torosowicz epistulas Romam scripsit. Nuntius difficultatibus minime impeditus multas partes dissidentes in gratiam reducere conatus, est. Non semel operam dedit, ut Torosowicz regem conveniret. Studuit quoque Paulum Piromalli, Armeniorum missionarium, adiuvere, qui anno 1638 medio Leopoltim venit. Sed conata illa frustra fuerunt. Romani Ecclesiae antistites cogitaverunt unionem universam cum Ecclesia Armenia facere et legatos Philippi patriarchae Armeniae ad colloquia invitare, qua de re Filonardius in instructione Congregationis de Propaganda Fide die 18 m. Maii anni 1641 certior factus est⁶⁰. Filonardius in epistulis ad Congregationem de Propaganda Fide datis per singula enarravit, qua de causa vix fieri posset, ut Armenii Poloni unionem acciperent⁶¹.

Mense Aprili anni 1640 Filonardius successori suo „relationem finalem” confecit⁶², cum speraret se revocatum iri, quia post purpuram Valerio Magni denegatam tiara cardinalis Honorato Visconti, cui rex favisset, denegata esset. Nam quae rex multos annis egit, frustra fuerunt. Albrichtus Stanislaus Radziwiłł commemoravit Andream Szołdrski, epum Posnaniensem, eius rei causa Romam frustra iter fecisse⁶³. Auctor *Memorialis* saepe Filonardium reprehendit⁶⁴. Verisimile videtur pontificem maximum tiaram cardinalem denegavisse, cum Visconti ortu et vinculis consanguinitatis cum Mediolano coniunctus esset, id est Hispanorum regis subiectus fuisset. Filonardius, cum recusationem pontificis maximi iustam fuisse putavisset, non solum regi, sed etiam aulicorum factioni invisus factus est. Filonardius Petro Gembicki controversiam fecit, qui, ut Radziwiłł tradidit, iussu regis dixit eum nuntium iam non haberi. Filonardius respondisse fertur verba illa episcopo schismatico digna esse seque mirari „sacerdotem talem legationem contra Sedem Apostolicam suscipere ausum esse”⁶⁵. „Relatio finalis” triginta capita continet,

⁶⁰ APF Lettere Volgari 20 f. 158; de unione Armeniorum cf. imprimis: Sac. G. Petrowicz, *L'unione degli Armeni di Polonia con la Santa Sede (1626-1686)*, Romae 1950 (Orientalia Christiana Analecta 135), p. 83-113.

⁶¹ T. Chynczewska-Hennel, *De unione ecclesiastica Armeniorum Polonorum in epistulis suis Marius Filonardius quid scripserit (1635-1643)*, in: *Mappa Mundi, Studia in honorem Jaroslavi Daškevyč*, Lviv, Kiïv, New York 1996, p. 451-463.

⁶² AV, Nunz. Pol. 49 f. 45r-53r. Relatio pro annis 1636-1640 (Varsavia 1640, 21 Aprile).

⁶³ A.S. Radziwiłł, *Memoriale*, t. II, p. 299-300.

⁶⁴ Op. cit., p. 307-308.

⁶⁵ S.Z. Sułowska, SJK, *De iis, quae nuntius Visconti in Polonia egit (1630-1635)*, Roczniki Humanistyczne KUL 1960, fasc. 4, p. 90-91; W. Czaplinski, H. Wyczawski, *De Petro Gembicki*,

quorum ea, quae verbosissime sunt perscripta, pertinent ad unionem et orthodoxos post Constitutionem „Religio Graeca” introductam (primum relationis caput, quod nuntius „difficillimum et gravissimum” vocavit). Puncta, quod sequuntur, pertinent ad unionem cum Armeniis faciendam et ad rationes, quas rex in haereticis tractandis secutus est. Filonardius putavit se nuntio regem haereticis stipatum non fuisse, cum autem mortui essent, magistratus, quos gessissent, catholicis tradidisse. In instructione sua successori scripta tractavit etiam haec: visitationem monasteriorum, quibus decreta Concilii Tridentini observanda erant, politicam Rei Publicae erga Sueciam, Moscoviam et Turciam, privilegia Gedani, matrimonium regium, alia. Sed fuerunt, quibus rex et nuntius inter se alienarentur, praecipue propter statuam aeneam, quam rex patri suo prope regiam in columna ponere statuit. Quam ob rem domos Bernardinarum in platea erectas destruendas coepit. Cui rei Filonardius se opposuit. Dixit enim religionem in periculo esse atque interdicto opus continuari vetuit. Postea autem animum mutavit et apud regem veniam petivit⁶⁶. Filonardius reprehensus est etiam a nobilibus, qui eum arbitrum controversiis inter sacerdotes et laicos ortis diiudicandis in tribunali primo et secundo se interponere noluerunt. Quod nobiles scripserunt in instructione die 7 m. Ianuarii anni 1642 in conventiculo Viscoviensi edita⁶⁷.

Eodem tempore eidem rei intervenerunt nobiles, qui ad comitia Belsensia agenda convenerunt. In instructione scriptum est nuntium contra praecepta pontificia et leges Rei Publicae rebus iudicialibus se interponere⁶⁸. Quae verba pertinent ad Constitutionem anni 1635⁶⁹: «Nobiles et sacerdotes

PSB, t. VII, Cracoviae 1948–1958, p. 379–381; H. Wyczawski, *De epo Petro Gembicki 1585–1657*, Cracoviae 1957, p. 111–112; censura horum librorum: W. Czapliński, „Przegląd Historyczny” 1958, t. 49, p. 400–404; A. Biliński, ANP, *Honoratus Visconti*, p. XV.

⁶⁶ De columna Sigismundo III Vasa posita multa a doctis scripta sunt. J. Lileyko, *Apotheosis regis an crucis in columna Varsaviensi Sigismundi III?*, „Roczniki Humanistyczne” XLII, 1994, z. 4, p. 115–138 (ubi libri disputationesque ad rem pertinentes laudantur). Nuper H. Samsonowicz, quae Filonardii relationibus usa est, statuit architectos fuisse Augustinum Locci et Clementem Molli sculptorem, non, ut vereres historici crediderant, Constantium Tencalla; K. Lesiak, H. Samsonowicz, *Columna Varsaviensis Sigismundi III Vasa. Auctores et fontes inspirationis*, „Biuletyn Historii Sztuki”, 1–2, 1997, p. 104–111; H. Samsonowicz, *De Suburbio Cracoviensi temporibus Vasorum*, in: *Centrum Historicum Varsaviense. Urbanistica. Architectura. Quaestiones ad asservationem monumentorum pertinentes*, Acta Sessionis Varsaviae diebus 23–24 m. Maii anni 1996 habitae, edenda curavit B. Wierzbička, Varsaviae 1998, p. 68–79; BV, Barb.Lat. 6596, f. 364r-v (Filonardius ad Franciscum Barberini, Varsaviae 8 VIII 1643).

⁶⁷ „Questi sunt in comitiis de cancellaria Reverendissimi sacerdotis nuntii, quod commissiones in commissiones magna cum equitum molestia dantur”; Lauda comitialia. Acta castrensia et terrestria ex Archivo Leopolicusi, t. I, Lauda Viscoviensia 1572–1648, edenda curavit A. Prochaska, Leopoli 1909, nr 212, caput 16, p. 460.

⁶⁸ Bibliotheca Ossoliniana, Lauda comitialia Belsensia 1572–1673, t. I, sign. 15964 II, p. 179, caput 13.

⁶⁹ Volumina Legum III, 857.

statuerunt controversias «in causa personali criminali» inter sacerdotes et laicos ortas **intra regnum** diiudicatum iri, id est Romae diiudicari non posse». Filonardius aliter fecit, cum controversiis inter sacerdotes et laicos ortis intervenisset et causas civiles iurisdictioni suae adiunxisset.

Quanta animorum commotio Varsaviae fuerit, conici potest ex epistula Martiani Tryzna, vicecancellarii Lithuani, die 31 m. Ianuarii a. 1643 ad Leonem Sapieha data, qui scripsit omni tempore exspectari, ut nuntius Varsavia proficisceretur, qui tamen dixit se nisi pontifice maximo iubente abiturum non esse⁷⁰. Inimicissimi fuerunt Polonorum animi nuntio mense Martio anni 1643, quo tempore, ut Radziwiłł narravit, epistulae nuntii interceptae sunt, quibus regem haereticorum et schismaticorum protectorem appellavit scripsitque eum senatui et comitiis subiectum nihil fere in Polonia posse, populum autem Polonum ebrietati deditum esse. Praeterea rex a nuntio falso accusatus esse traditur, quod annata pontificia in Polonia tollere conatus esset⁷¹. Quae cum ita essent, rex consiliarios suos die 13 m. Martii convocavit, qui Filonardium epistularum auctorem castigaverunt atque statuerunt, ut certior fieret eum iam a rege et Re Publica nuntium et iudicem non haberi. Legationi interfuerunt: Christophorus Ossoliński, palatinus Sandomiriensis, Iacobus Sobieski, palatinus Russiae, Nicolaus Kiszka, thesaurarius M. D. L., Georgius Lubomirski, marescalcus camerae legatoriae, Nicolaus Ostroróg, pincerna Regni⁷². Nuntius die 16 m. Martii respondisse se Poloniam nisi pontifice maximo permittente relicturum non esse traditur.

Iacobus Sobieski habuit orationem celeberrimam⁷³, cuius multae copiae veteres et exemplaria typis impressa exstant, qua regis et Rei Publicae nomine nuntium adhortatus est, ut dignitatem suam, cuius male factis et mendaciis indignus factus esset deponeret⁷⁴.

Epistolam die 27 m. Martii anni 1643 ad pontificem maximum datam, qua ab illo flagitatum est, ut Filonardium e Polonia revocaret, subscripserunt viri hi: Matthias Łubieński primas, Andreas Szołdrski, epus Posnaniensis,

⁷⁰ BOZ, Fragmentum epistularum Sapieharum, Epistulae ad episcopos Polonos annis 1639–1644 datae, t. V, p. 133r-v.

⁷¹ A.S. Radziwiłł, *Memoriale*, t. II, p. 345-346.

⁷² Ibidem, p. 346, 348.

⁷³ De tempore, quo oratio habita esset, disputavit J. Długosz, *Iacobus Sobieski 1590–1646. Legatus, politicus, peregrinator, et commentariorum auctor*, Wratislaviae 1989, p. 97-98. Cf. Vladislaus Konopczyński, *Poloniae historia recentior*, Varsaviae 1986, t. I, p. 263.

⁷⁴ Oratio Jacob. Sobieski palat. Russ. ad Marium Filonardi ... nomine regis Vladislai IV habita, in: *Ioannes Ostrowski-Danejkowicz, Ars oratoria Polona et Latina vel miscellanea oratoria*, Lublini 1745, t. 2, col. 15-17; [J. Ch. Lünig], *Orationes procerum Europae eorumque ministrorum ac legatorum ut et virorum celeberrimum in multifarisis, tam laetitiae, quam tristitiae casibus, nec non bell ac pacis negotiis itemque religionis causa, ab aliquot seculis usque ad Annum 1713 latina [...] in lucem editae Joanne Christiano Lünig, Lipsiae 1713, pars II, oratio LXXV, p. 7-12; copiae hodiernae – Bibl. Ossol. 400/II; Bibl. Czart. Libri manu scripti MN 48; Bibl. Nationalis BOZ 1259.*

Alexander Trzebiński, vicecancellarius Regni et epus Premisliensis, Andreas Gembicki, epus Luceoriensis, Martianus Tryzna, vicecancellarius Lithuanus; ex viris amplissimis laicis: Stanislaus Koniecpolski⁷⁵, Georgius Ossoliński⁷⁶, Albrichtus Stanislaus Radziwiłł⁷⁷, Christophorus Chodkiewicz⁷⁸, Iacobus Sobieski⁷⁹, Georgius Lubomirski⁸⁰. Qui viri dignitatem regis Polonorum defendendam susceperunt et non tam a Filonardio, quam ab ipso pontifice maximo dissenserunt, dicentes potestatem regum Poloniae non solum aliorum regum, sed etiam imperatoriae potestati parem esse. Affirmaverunt omnes Polonos pro rege suo sanguinem profundere paratos esse, cuius sapientia factum est, ut pax e mundo pulsa in Poloniam confugeret. Multa cum arte epistulae auctores virtutes regis laudibus extulerunt, de maiestate eius scripserunt haec: „...adeo potentior nostri Principis Majestas Chinensium muro, vel ipso longinquos populos segregante oceano”⁸¹. Superbi in memoriam revocaverunt libertates iuraque nobilium Polonorum. Iterum pontificem maximum rogaverunt, ut Honoratum Visconti cardinalis dignitate ornaret.

Quae res in Europa celebris facta est, sine dubio etiam opera Victoris Siri⁸², qui in libro suo Genavae anno 1649 edito de controversia inter regem Polonorum, Filonardium et pontificem maximum orta multa scripsit⁸³. Materia erat avvisorum, quae dicuntur, et ex aliis in alia descripta per Europam vagabantur. Cui rei exemplo esse potest nuntius de „causa Filonardii”, quem Visconti⁸⁴ Aurelio Bocalini⁸⁵ tradidit, qui eum postea Venetiis die 4 m. Maii anno 1643 notum fecit⁸⁶.

Viri nuntiabant sibi invicem de munere a Sedis Apostolicae legato in terra quadam suscepto. De Filonardio Vindobonae electoris Trevirensis liberandi causa commorante scripsit die 22 m. Novembris anni 1635 Richardus Pauli-

⁷⁵ Stanislaus Koniecpolski (circa 1594–1646), exercituum Regni Poloniae capitaneus generalis a. 1632–1646.

⁷⁶ Georgius Ossoliński (1595–1650), vicecancellarius Regni a. 1638–1643.

⁷⁷ Albrichtus Stanislaus Radziwiłł (1593–1656), cancellarius Magni Ducatus Lithuaniae a. 1623–1656.

⁷⁸ Christophorus Chodkiewicz (obiit 1652), castellanus Vilmensis a. 1642.

⁷⁹ Iacobus Sobieski (1588–1646), palatinus Russiae a. 1641–1646; verisimillimum videtur eum epistulae auctorem fuisse.

⁸⁰ Georgius Lubomirski (1616–1667), marescalcus curiae regiae a. 1640–1648. E. Rykaczewski, op. cit., p. 277–280.

⁸¹ Ibidem, p. 279.

⁸² Victor Siri (1608–1685), viri mirificus, historiae scriptor bonus, vir rerum publicarum peritus. Enciclopedia Italiana di Scienze, Lettere ed Arti, Romae 1949, t. 31, p. 885.

⁸³ V. Siri, *Del mercurio overo Historia de'correnti tempi*, t. II, in Geneva 1649, p. 495–498.

⁸⁴ Honoratus Visconti.

⁸⁵ Aurelius Bocalini (1607– post a. 1649), cuius vitam scripsit G. Benzoni, in: *Dizionario Biografico degli Italiani*, Romae 1960, vol. 11, p. 4–6.

⁸⁶ Svenska Riksarkivet (Stockholmia), Extranea. Italia VII, (71)4, f. 1r-2v.

Stravius, qui tum Bruxellis erat⁸⁷. Similiter rebus, quae tum gerebantur, animum advertit Ranuccio Scotti, nuntius apud Francogallos⁸⁸.

Nondum a doctis tractatae sunt epistolae, quae ad Marium Filonardium Vindobonae commorantem missae sunt, e.g. epistolae Francisci Vitelli, nuntii apud Venetos⁸⁹.

Filonardius octo annos nuntius in Polonia fuit, quo tempore viginti tres processus infirmativos peregit ad episcopos creandos, archiepiscopum Gnesnensem et metropolitam Kioviensem ritus Graeci faciendum pertinentes⁹⁰. Quibus omnibus processibus interfuit Raymundus Johannis notarius. Garampi tradidit nomina auditorum: Marcelli Filonardi et Ioannis Rzepczyński IUD⁹¹. Confessarius nuntii fuit Kleparski quidam⁹².

Filonardius maxime confidebat Caesari fratri, cui negotia secreta committebat, et Antonio Ferragalli, notarum arcanarum secretario⁹³. Cum fratre epistularum commercium habuit, cum Avennione esset⁹⁴.

Filonardius, cum litteras transituales a Ladislao IV subscriptas accepisset, Poloniam reliquit⁹⁵. Litteras properas diebus 26 et 29 m. Septembris et die 3 m. Octobris misit Cracoviae Romam⁹⁶, die 5 m. Octobris Novi Fori⁹⁷, die 24 m. Octobris Vindobonae⁹⁸, die 4 m. Novembris Ferrariae⁹⁹.

Die 17 m. Iunii anni 1644 Filonardius sessioni Congregationis de Propaganda Fide interfuit, in qua disputatum est, utrum „colloquium charitativum” Thorunii fieri placeret, an non (quod proposuerunt B. Nigrino et Magni)¹⁰⁰.

Die 19 m. Augusti anno 1644 Marius Filonardius de vita decessit. Sepultus est propter tres fratres suos in ecclesia San Carlo ai Catinari in capella Filonardiorum, quam ipse erexit. (Die 29 m. Iulii ipse Urbanus VIII mortuus

⁸⁷ *Analecta Vaticano-Belgica. Correspondence de Richard Pauli-Stravius (1634–1642)*, ed. Wilfrid Brulez, Bruxellis, Romae 1955, nr 22, p. 102.

⁸⁸ *Acta Nuntiaturae Gallicae*, t. V, Correspondance du nonce en France Ranuccio Scotti (1636–1641), ed. Pierre Blet, SJ, Romae, Parisiis, 1965, p. 69.

⁸⁹ Epistula, in qua scriptum est de reverentia, quam electores Filonardio praeberunt: Di Venetia 20 X 1635, AV Fondo Pio 238 (F. Vitelli ad M. Filonardium).

⁹⁰ AV, Processus Consist., vol. 36, 37, 39, 40, 43 et Process. Dat. 18, 19, 22.

⁹¹ Garampi 23, f. 107br.

⁹² K. Kantak, Bernardini Poloni, t. II, Leopoli 1933, p. 116.

⁹³ Epistolae Filonardii per Caesarem fratrem ad Antonium Ferragalli datae: epistula Vindobonae die 18 VIII 1636 data; BV, Barb.Lat. 6596 f. 2r; epistula Vindobonae die 19 I 1636 data; BV, Barb.Lat. 6596 f. 50r; epistula Cracoviae die 7 III 1636 data; BV, Barb.Lat. 6596 f. 52r; epistula Vilnae die 23 VIII 1636 data; BV, Barb.Lat. 6596 f. 71r.

⁹⁴ AV, Avennio 34 (e.g. epistula in f. 19v, in qua scripsit de rebus pontifici maximo et cardinalibus Barberini a Filonardio dono datis).

⁹⁵ Ms. Bibl. Jagell. Przyb. 126/1951, microf. BN Varsaviae nr 12613 f. 97r-v.

⁹⁶ BV, Barb.Lat. 6596 f. 384r-389v.

⁹⁷ Ibidem, f. 390r.

⁹⁸ Ibidem, f. 397r.

⁹⁹ Ibidem, f. 401v.

¹⁰⁰ J. Cygan OFM Cap., op. cit., p. 260.

est.) Mario Filonardio auctore factum est, ut capella fundaretur eo consilio, ut testimonium fidei a martyribus Persicis datum, qui fuerunt fratres Audifax et Abakuk eorumque parentes Marius et Martha. Capellam aedificaverunt artifices Paulus Marucelli et Hyacinthus Geminiani¹⁰¹.

Pervenit ad nostra tempora etiam inventarium postumum Marii Filonardii, quod in Archivio Doria Landi Pamphili asservatur¹⁰². Quod ad Filonardii mnemosyna Polona pertinet, memorandus est Daniel Rychtalski, paulinus Czenstochoviensis, qui ei dedicavit librum, qui inscribitur Theologia de Divinitate Verbi incarnati et humanitate eiusdem Deificata Czestochoviae in Conventu Clari Montis... Anno 1641, Cracoviae in officina Valeriani Piątkowski (1641).

¹⁰¹ Walterus Buchowiecki, *Handbuch der Kirchen Roms I*, Vindobonae 1967, p. 466.

¹⁰² Archivio Doria Pamphili, b. 123(122), ff. 275 – Inventari di oggetti del defunto Mons. Mario Filonardi Arc. Di Avignone.

De fontibus ad nuntiaturam Marii Filonardi pertinentibus

Nuntiaturam Marii Filonardi imprimis ex epistulis eius ad Secretariatum Status datis cognoscimus. Dignae, quae memorentur, sunt etiam litterae ad Congregationem de Propaganda Fide datae, quibus nuntius de Ecclesia unita in Polonia tuenda deque unione ab Ecclesia Armenia cum Sede Apostolica inita scripsit. Epistulae a Mario Filonardi ad Franciscum Barberini, secretarium Status, missae, quae numero ceteras litteras longe superant, asservantur in Archivo Vaticano in collectione, quae *Nunziatura di Polonia* vocatur¹. Epistulae scriptae sunt inde a Kalendis Ianuariis anni 1636 usque ad diem 6 VI anni 1643. In collectione, cuius supra mentionem fecimus, sunt etiam indices epistularum notis arcanis scriptarum et scripta a nuntio et secretario status diebus 28 VII 1635–11 VI 1643 decifrata. Quod ad documenta in Archivo Vaticano asservata pertinet, non sunt reticendae copiae et duplicata instructionum Congregationis de Propaganda Fide et documenta attinentia ad processus informativos, qui episcoporum creandorum causa annis 1638–1643 peracti sunt, sed imprimis memorandae sunt instructiones, litterae credentiales et facultates, quae documenta dabantur nuntio proficiscenti in civitatem, in qua munus suum explere iussus est. Cum vitam Marii Filonardi scriberemus, usi sumus etiam codice „Avignone 34” in Archivo Vaticano asservato.

Epistulae, quae ad Marium Filonardi nuntium missae sunt, usque ad illud bellum, quo iterum saeculo XX totus terrarum orbis est concussus, in Archivo Maximo Documentorum Veterum (AGAD) Varsaviensi asservabantur. Libri actorum nuntiorum apostolicorum in Polonia sub signaturis 15, 16, 17 continebant documenta annorum 1636–1642², quae omnia deflagraverunt.

Copiae et indices documentorum, quae desunt, inveniuntur in sectione librorum manu scriptorum Bibliothecae Vaticanae. Ubi etiam invenimus epistulas manu ipsius Marii Filonardi scriptas, epistulas notis arcanis scriptas tum, cum nuntius Vindobonae commorabatur, et „avvisi”. Magni pretii est etiam „minutarum liber” Marii Filonardi, quem munere suo apud Polonos expleto rediens secum asportavit.

E documentis, quae in Archivo Congregationis de Propaganda Fide asservantur, dignae, quae commemorentur, sunt epistulae nuntii ad Congrega-

¹ „Studia Theologica” III, Petrus Savio, archivista Archivi Secreti Vaticani, De Actis Nuntiaturae Poloniae, quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt, Vaticani 1947, p. 16, 81; Henrico Damiano Wojtyska CP, Acta Nuntiaturae Polonae, t. I, Romae 1990, p. 257-268, tabula n. „Tomus XXV”.

² Monumenta Iuris Cura Praepositorum Chartophylacio Maximo Varsoviensi, vol. I, Varsaviae 1912, p. 117.

tionem scriptae et indices epistularum ab eadem Congregatione ad Marium Filonardi nuntium apud Polonos scriptarum.

Contigit nobis, ut documenta quaedam reperiremus in archivis his: Archivio della S. Congregazione del Concilio, Archivio Doria Landi Pamphili, Archivio di Stato di Roma. Repperimus etiam quaedam scripta minoris momenti in archivis Lithuanis et Suecicis.

Initium sumendum est a documentis, quae asservantur in Archivio Segreto Vaticano (AV) **Nunziatura di Polonia (Segreteria di Stato, Polonia)**³:

– Ms. 47, ff. 572. In dorso voluminis corio muniti, bene asservati, titulus: „Nuntio di Polonia, 1634, 1635, 1636, 1637, 1638, 1639, 1640. Mons. Visconti e mons. Filonardii, nunzii”. In f. 2r-273r sunt exemplaria epistularum Honorati Visconti. In f. 245r-571v exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad card. Franciscum Barberini inde a die 19 I 1636 usque ad diem 15 X 1639 datarum. Epistulae Marii Filonardi sunt praeterea in f. his: 149r, 152v; 150r, 151v; 165r, 178v; 166r, 176r; 167r, 175v; 169r, 173v; 182r, 187v. Fasciculi epistularum in tres partes complicati sunt, sigilla desunt. Scriptura ad legendum facilis.

– Ms. 49, ff. 450. In dorso voluminis corio muniti, bene asservati, titulus: „Polonia. Lettere dalli 23 Ottobre 1639 sino li 6 Giugno 1642”, vetus signatura „40”. Pagina, in qua titulus scriptus erat, deest. Volumen continet exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Franciscum Barberini inde a die 22 X 1639 usque ad diem 6 VI 1643 scriptarum. Epistulae primo in quattuor partes complicabantur, postea aliquot epistulae in fasciculum filo iungebantur, summaria asservata sunt, sigilla desunt.

– Ms. 50, ff. 181. In dorso voluminis corio muniti, bene asservati, titulus: „Polonia. Lettere dalli 23 Ottobre 1639 sino li 28 Settembre 1641”. Vetus signatura „47”. Volumen continet indices epistularum decifrarum a Mario Filonardi ad Franciscum Barberini inde a die 19 X 1639 usque ad diem 7 IX 1641 scriptarum et indices epistularum notis arcanis a Francisco Barberini inde a die 7 I 1640 usque ad diem 21 X 1641 scriptarum.

– Ms. 51, ff. 278. In dorso voluminis corio muniti, bene asservati, verba leguntur haec: „Cifre del Nuntio in Polonia dalli 25 Maggio 1641 sino li 29 Gennaio 1643”, vetus signatura „48”. Volumen continet indices epistularum decifrarum a Mario Filonardi ad Franciscum Barberini inde a die 14 IX 1641 usque ad diem 6 VI 1643 scriptarum et indices epistularum notis arcanis scriptarum, quae Franciscus Barberini ad Marium Filonardi inde a die 13 VII 1641 usque ad diem 11 VII 1643 dedit.

³ Quaedam mutavimus secundum Archivio Segreto Vaticano, Indice dei Fonti e relativi mezzi di descrizione e di ricerca, Città del Vaticano 1999.

– Ms. 175, ff. 156. In dorso voluminis corio muniti, bene asservati, quod e fasciculis filo iunctis constat, verba leguntur haec: „Lettere di Roma a Polonia l'anno 1632 per tutto 1637”. Volumen continet „Registro di lettere dell'II. Mo Cardinale Barberino”. In f. 3r-130v indices epistularum a Francisco Barberini ad Honoratum Visconti datarum, in f. 105v-154v epistularum ab eodem ad Marium Filonardi scriptarum. Epistulae ad Honoratum Visconti missae inde a 105v-154v passim.

In collectione **Miscellanea Armadia** asservantur documenta signatura „Misc. Arm. 35” ornata, ubi in f. 511r-557v exhibentur scripta varia annis 1634–1637 confecta. Misc. Arm. III 36 ff. 860 continet copias instructionum scriptarum nuntiis, qui apud Neapolitanos, Polonos et in Imperio munere suo functi sunt, et copias variorum documentorum Romam missas. Instructiones Secretariatus Status et Congregationis de Propaganda Fide et copiae documentorum exhibentur in f. 398r-508v et pertinent ad annos 1632–1635. Instructiones Honorato Visconti et Mario Filonardi scriptae sunt intra dies 30 I et 19 VII a. 1635.

Marius Filonardi, cum nuntius apud Polonos esset, peregit 17 processus informativos, qui colliguntur in serie Archivi Consistorialis, **Processus Consistoriales**, et leguntur in 6 voluminibus actorum: 36 (f. 162r-179r, 515r-526r, 2 processus informativi anno 1638 facti); 37 (f. 423r-841v passim, 3 processus informativi annis 1638–1640 facti); 39 (f. 170r-298r passim, 3 processus informativi anno 1641 facti); 40 (f. 321r-778r passim, 3 processus informativi annis 1641–1642 facti); 43 (f. 89r-626r passim, 6 processus informativi annis 1641–1643 facti).

In registro **Secretarius Brevium**, ms. 821 in f. 460r-476v sub die 15 III 1635 asservantur facultates Marii Filonardi.

In collectione **Pio Fondo** in volumine 21 copiae instructionum nuntiis Urbano VIII pontifice maximo scriptarum aliaque documenta asservantur, in quorum numero sunt scripta Mario Filonardi Vindobonam et in Poloniam proficiscenti data: vol. I 2r-34r; vol. II f. 34r-43v; 56r-64v.

In volumine 73 in ff. 570 sunt minutae pertinentes ad Malatestam Baglione et Honoratum Visconti, quae inde a mense Novembri anni 1634 usque ad diem 16 I anni 1635 confecta sunt, in nonnullis tamen sermo est de Mario Filonardi: in f. 136v – minuta epistulae a Malatesta Baglioni ad Marium Filonardi die 30 III 1636 datae. In volumine 74 in ff. 428 est liber minutarum continens epistulas aliaque scripta ad nuntiaturam Malatestae Baglioni pertinentia, in quorum numero sunt etiam in f. 97v-116r; 11v; 116r epistulae ad Marium Filonardi anno 1635 datae. In volumine 77, quod continet epistulas et minutas Malatestae Baglioni, nuntii Vindobonensis annis 1636–1637, sunt tres minutae ad Marium Filonardi in f. 80v-81r; 103v; 117r; 122r; 126v; 140v; 146v; 166v; 176v; 187v; 190r; 246v.

In volumine 214 in f. 230v-296r sunt regesta epistularum a Mario Filonardi ad nuntium Vindobonensem inde a die 6 III 1642 usque ad diem 11 I 1643 datarum. In volumine 238 in f. 353f-354r est index epistulae notis arcanis scriptae, quam Franciscus Vitelli ad Mariam Filonardi de rebus Vindobonensibus die 20 X 1635 dedit. In volumine 241 in f. 3v-224r sunt indices epistularum nuntii Veneti ad Mariam Filonardi inde a die 3 I usque ad diem 26 XII 1642 scriptarum. In volumine 244 in f. 152v-155r sunt indices epistularum decifrarum, quae ab aliquot viris ad nuntium Venetum, sed etiam ad Mariam Filonardi inde a die 6 X usque ad diem 29 XII 1635 missae sunt.

In serie **Nunziature Diverse** inveniuntur epistulae ab aliquot viris ad Malatestam Baglioni datae et responsa eius, ad quem epistulae datae erant. Baglioni scripsit de rebus Trevirensibus deque munere Polonico. Oculos convertunt flores, illigamenta aliaque ornamenta picta. In volumine 9 in f. 62r, 110r-112r; 118v-120r, 151v-152r sermo est de Mario Filonardi deque rebus ad eius nuntiaturam Poloniam pertinentibus.

In volumine 11 in f. 95v-96r (M. Baglioni ad M. Filonardi, die omissa), 139r-140r, 272r-273v. In volumine 12 in f. 210v-211v – Baglioni ad nuntios.

Cum in **Bibliotheca Vaticana** ignota nobis adhuc documenta quaereremus, plurima reperimus in serie **Barberini Latini**, quae continet indices, copias epistularum a Secretariatu Status ad nuntium datarum et copias epistularum notis arcanis scriptarum, sed etiam epistulas a nuntio scriptas, in quarum numero sunt exemplaria et avvisi. Digna, quae commemoretur, sunt ea, quae viri quidam de nuntio narraverunt.

– Ms. 4735 continet in f. 494-541 fragmenta operis Andreae Nicoletti „Della vita di Papa Urbano Ottavo e istoria del suo Pontificato scritta da Andrea Nicoletti, canonico di s. Lorenzo in Damaso”, vol. VI, quae ad Mariam Filonardi pertinent.

– Ms. 6008 in ff. 86, in dorso voluminis bene asservati, corio muniti, scriptum est: „1642 a'nunzi”, vetus signatura „45”. Ms. continet in f. 25r-28r indices epistularum, quas Franciscus Barberini ad nuntios Vindobonenses, Matritenses, Venetos, Neapolitanos, Florentinos, Taurinenses et Polonos anno 1642 scripsit.

– Ms. 6057 in ff. 1129 continet indices epistularum notis arcanis scriptarum, quas nuntiatura Veneta ad multas personas annis 1632–1636 dedit. In quibusdam epistulis sermo est passim de Mario Filonardi. In f. 1080-1082 index epistulae die 20 X 1635 ad eum ipsum datae.

– Ms. 6058 in ff. 802 continet indices epistularum notis arcanis scriptarum, quas nuntiatura Veneta ad multas personas annis 1636–1639 misit. In f. 603r-604r legitur index epistulae a nuntio Veneto ad Mariam Filonardi die 9 I 1639 datae.

– Ms. 6160, ff. 221, volumen charta crassa munitum, in dorso-coriaceo scriptum est: „Polonia 1634–1639”, vetus signatura „LXIX–67”. Ms. in f.

45r-220v continet copias epistularum a Honorato Visconti annis 1634–1636 scriptarum, et a Vladislao IV, Albrichto Stanislao Radziwiłł, Georgio Ossoliński et Mario Filonardi inde a die 23 VI 1635 usque ad diem 15 X 1639 scriptarum. Quae copiae respondent exemplaribus epistularum e collectione AV, Nunz.Pol. 47.

– Ms. 6161, ff. 136, charta crassa munitum, dorsum coriaceum, vetus signatura „LXIX–68”. Ms. continet copias epistularum decifrarum, quas Marius Filonardi ad Secretariatum Status inde a die 25 VIII 1635 usque ad diem 22 X 1639 scripsit, atque epistulas Secretariatus Status. Exemplaribus non repertis volumine illo editio nitatur necesse est. Praeterea in f. 106r-107v legitur epistula a Honorato Visconti ad Secretariatum Status die 4 XII 1636 missa.

– Ms. 6162, ff. 270, continet copias epistularum, quas Marius Filonardi ad Secretariatum Status inde a die 22 X 1639 usque ad diem 6 VI 1643 scripsit. Volumen respondet exemplaribus epistularum Marii Filonardi e collectione AV, Nunz.Pol. 49.

– Ms. 5691 in f. 43-80v et 81r-102v continet copias instructionum, quae a. 1635 scriptae sunt Mario Filonardi nuntio apud Polonos facto et munere Vindobonensi onerato.

– Ms. 6227, ff. 207, olim corio tectum, nunc etiam charta crassa munitum. Titulus in dorso: „Barberino ai Nunzi in Polonia 1632–37”. Continet copias epistularum, quas Franciscus Barberini ad Honoratum Visconti dedit, et in f. 147v-207v copias epistularum, quas ad Marium Filonardi et passim ad Honoratum Visconti scripsit.

– Ms. 6234 in f. 36r-44v continet indices epistularum, quas Secretariatus Status ad Marium Filonardi inde a die 2 I 1642 usque ad diem 27 XII 1643 dedit.

– Ms. 6236 in f. 63r-67v continet indices epistularum, quas Secretariatus Status ad Marium Filonardi inde a die 25 VIII 1636 usque ad diem 12 IX 1636 dedit.

– Ms. 6590 ff. 361, volumen corio munitum, bene asservatum, in dorso legitur: „Polonia, Filonardi, lettere in cifra 1635–1637”, vetus signatura „LXXVI, 32”. Volumen continet exemplaria epistularum Marii Filonardi et epistulae notis arcanis scriptae (decifratae), quas ille ad Secretariatum Status inde a die 25 VIII 1635 usque ad diem 2 II 1636 misit.

– Ms. 6591 ff. 263, volumen corio munitum, bene asservatum, vetus signatura „LXXVI, 33”, continet epistulas Marii Filonardi notis arcanis scriptae et decifratae, quas ille ad Secretariatum Status inde a Kalendis Ianuariis 1635 usque ad diem 24 XII 1639 dedit.

– Ms. 6592 ff. 335 continet epistulas notis arcanis scriptas et decifratas, quas Marius Filonardi ad Secretariatum Status inde a die 7 I 1640 usque ad diem 29 XII 1640 scripsit. In dorso legitur: „Polonia. Filonardi. Lettere in cifere 1640”, infra vetus signatura „LXXVI, 34”.

– Ms. 6593 ff. 453 continet epistulas notis arcanis scriptas et decifratas, quas Marius Filonardi ad Secretariatum Status inde a die 5 I 1641 usque ad diem 31 XII 1641 scripsit. In dorso legitur: „Polonia. Filonardi. Lettere in cifra. 1641”, infra vetus signatura „LXXVI, 35”.

– Ms. 6594 ff. 457, titulus: „Polonia. Filonardi. Lettere in cifra 1642”. Vetus signatura „LXXVI, 36”. Continet epistulas notis arcanis scriptas et decifratas a Mario Filonardi ad Secretariatum Status inde a die 4 I 1642 usque ad diem 27 XII 1642 datas.

– Ms. 6595 ff. 247 continet epistulas notis arcanis scriptas et decifratas a Mario Filonardi ad Secretariatum Status inde a die 2 I 1643 usque ad diem 4 XII 1643 datas. Tegumentum novum, veteres tituli et vetus signatura desunt.

– Ms. 6596 ff. 416, vetus signatura „LXXVI–38”, „Polonia, Filonardi, Lettere in piano 1635–1644”. Volumen continet exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Secretariatum Status inde a die 19 VII 1635 usque ad diem 29 III 1644 datarum.

– Ms. 6598 ff. 347. In dorso voluminis legitur: „Polonia. Avvisi 1635–1643”, vetus signatura „LXXVI–40”. Volumen continet avvisi Marii Filonardi ad Secretariatum Status et in f. 1r–6v avvisi Honorati Visconti.

– Ms. 6609 ff. 234, in dorso voluminis bene asservati legitur: „Vladislaus IV. Litterae Latinae 1623–1643”, vetus signatura „LXXVI–51”. Volumen continet exemplaria epistularum sigillis ornatarum, quae a rege aliisque ad Urbanum VIII et Franciscum Barberini datae sunt.

In codice **Vaticanorum Latinorum** in volumine 8472 I/II ff. 450 (I – ff. 231, II – ff. 232–450) sunt minutae epistularum a Mario Filonardi ad Secretariatum Status et ad personas varias inde ab mense [...] X 1635 usque ad diem 25 I 1643 datarum. Titulus legitur hic: „Lettere scritte da Mons. Mario della Corte di Polonia alla Corte di Roma”. Primae paginae laceratae sunt, epistulae legi non possunt, litterae colorem amiserunt. Praeterea in f. 105r–117r sunt epistulae annis 1642–1643 scriptae, quae ratione temporum neglecta collocatae sunt.

– Ms. 8473 I/II ff. 642 (I – ff. 308, II – 309–642) continet exemplaria et exemplaria altera epistularum a Congregatione De Propaganda Fide ad Marium Filonardi datarum, in quarum numero sunt etiam copiae documentorum, quae inde a die 21 IV 1636 usque ad diem 13 VI 1643 scripta sunt.

In collectione **Chigiani** sunt etiam epistulae ad Marii Filonardi nuntiaturam pertinentes.

– Ms. M. I 24 ff. 824, magnum volumen corio munitum, bene asservatum, continet indices epistularum a Francisco Barberini ad nuntios Germanicos, Francogallicos, Hispanienses, Polonos, alios annis 1641–1642 datarum.

– Ms. N. III 78 continet in f. 28r–30r copiam epistulae reclamatoriae, quam comitia Polona ad Urbanum VIII pontificem maximum contra Marium Filonardi scripserunt.

In Archivo Romano **Sacrae Congregationis de Propaganda Fide** asservantur multa documenta nuntiaturam Marii Filonardi illustrantia. In collectione **Scritture Originali riferite nelle Congregazioni Generali (SOCG)** sunt exemplaria epistularum a nuntio ad Congregationem annis 1635–1643 datarum.

– Ms. 60 ff. 509, ff. 3 (index). In dorso voluminis bene asservati, corio muniti, legitur: „Lettere di Polonia, Vallachia, Moldavia, Russia, Albania, Bulgaria, Illirico e Damazia 1642”. In f. 1r-89v sunt exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Congregationem inde a die 3 VIII 1641 usque ad diem 21 XI 1642 datarum.

– Ms. 61 in f. 30r-64v continet (praeter epistulas e Valachia, Moldava, Dalmatia, Russia missas) exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Congregationem e Polonia inde a die 29 VIII 1642 usque ad diem 25 VII 1643 datarum.

– Ms. 81 in f. 354r-397r sunt epistulae e Polonia, praeterea e Germania, Helvetia et Russia missae. Volumen continet exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Congregationem inde a die 11 XII 1638 usque ad diem 10 IX 1639 datarum.

– Ms. 135 in ff. 577 et ff. 4 (indices) continet epistulas ad Congregationem e Francogallia, Flandria, Britannia, Scotia, Hispania, India missas. In f. 296r-300v sunt epistulae a Honorato Visconti ad Antonium Barberini datae, in f. 318 exemplar epistulae a Mario Filonardi ad Franciscum Ingoli secretarium die 26 XI 1636 datae.

– Ms. 136 ff. 448, corio munitum, continet epistulas e Francogallia, Flandria, Helvetia, Russia et Polonia annis 1636–1637 missas. In f. 326r-411v passim sunt exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Congregationem inde a die 19 VIII 1636 usque ad diem 14 XI 1637 datarum.

– Ms. 137 in f. 273r-291r sunt exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Congregationem inde a die 6 II usque ad diem 21 VIII 1638 datarum.

– Ms. 139 in f. 317r-346r sunt exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Congregationem inde a die 5 XI 1639 usque ad diem 15 XI 1640 datarum.

– Ms. 164 in f. 1r-29v sunt exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Congregationem inde a die 17 XI 1640 usque ad diem 24 VIII 1641 datarum.

– Ms. 293 – totum volumen continet documenta confecta annis, quibus Marius Filonardi nuntius apud Polonos fuit, quae ad unionem cum Ecclesia Armenia in Polonia inita pertinent. Asservatae sunt instructiones nuntio scriptae eiusque epistulae ad Congregationem datae.

– Ms. 338 ff. 572, titulus legitur hic: „Polonia, Russia, Moscovia ad 1648”. Continet copias epistularum a nuntio ad Congregationem, et a Congregatione ad nuntium datarum, atque commentarios Francisci Ingoli annis, quibus Marius Filonardi nuntius apud Polonos esset, et posterioribus confectos.

In serie **Istruzioni diverse** in tomo I ff. 247 sunt indices instructionum, quae annis 1623–1638 nuntiis scriptae sunt. Instructiones Mario Filonardi destinatae sunt passim in f. 215r–239v.

In serie **Congregationi Particolari** (CP) 22 ff. 296 sunt exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Congregationem inde a die 26 IV 1636 usque ad diem 19 IX 1637 datarum (f. 134r–149r).

In serie **Lettere Volgari** 16–21 sunt passim indices epistularum, instructionum nuntiis destinatarum, in quarum numero sunt etiam instructiones Mario Filonardi annis 1636–1643 scriptae.

In **Archivo Romano Societatis Iesu** (ARSI) pauca documenta repperi. In serie „Epistulae Nostrorum” in ms. 4 (EPP. NN 4) in f. 95r fuit index epistulae generalis Iesuitarum, quam ad Marium Filonardi die 3 X 1637 dedit. Praeterea in ms. EPP. NN 5 in f. 27v, 277r altera epistula generalis ad nuntium die 4 VII 1643 data.

In **Archivio della S. Congregazione del Concilio** in volumine Librum XII continente, Litteraro S. Congr. Concil., ff. 504 inveni epistulam ad nuntios die 5 I 1636 datam, quae ad annos 1626–1638 pertinet. In volumine Librum XIII continente, in f. 10v, 11r legitur epistula a Congregatione ad nuntium die 28 I 1640 data.

In **Archivio di Stato di Roma** in collectione Archivio della famiglia Santa Croce ms. F. 209 (26), quod continet exemplaria epistularum cardinalis Antonii Santacroce, in t. I in f. 72r, 84r exhibet epistulas a Mario Filonardi a. 1635 Vindobonae datas.

Ms. Q 764 (4), folia corio munita, quorum plurima numeris carent, continent indices epistularum Casparis Mattei ad plures datarum: „Registro delle lettere di Mons. Mattei – della nunziatura di Germania, durante la nunziatura a Vienna”; indices aliquot epistularum a Mario Filonardi ad Casparum Mattei datarum, qui ad annum 1642 pertinent. Ms. Q 765 (5) b – folia numeris carent, volumen documentorum singulorum vel filo iunctorum. Continet epistulas notis arcanis scriptas et decifratas, quae Roma ad nuntium Vindobonae commorantem annis 1639–1643 missae sunt. Sunt etiam epistulae antiquiores: sub finem voluminis (in charta tricesima, si a fine numeras) avvisum Varsaviae die 16 V 1643 ad nuntium apud Germanos datum.

Ms. Y 1150 (1), folia numeris carent, continent epistulas a Casparo Mattei ad plures datas: „Volume di lettere scritte alla Nunziatura di Germania, a Vienna ed altrove sotto Mons. Gaspare Mattei”.

Quo in volumine sunt exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad Antonium Santacroce anno 1642 datarum.

Ms. Y 1154 (5) continet copias instructionum, quas Secretariatus Status Mario Filonardi Vindobonam proficiscenti scripsit (folia numeris carent).

Ms. Y 1155 (6) folia voluminis numeris carent, filo iuncta sunt et charta crassa munita. Continet epistulas notis arcanis scriptas, quae Venetiis, Londinio, e Francogallia, Hispania et Polonia in Germaniam annis 1639–1642 missae sunt. Continet etiam exemplaria epistularum a Mario Filonardi ad nuntium Vindobonensem annis 1642–1643 datarum.

Romae in archivo privato **Archivio Doria Landi Pamfili** in collectione ms. B. 123 (122), ff. 275, in documentis singulis charta crassa tectis in: 137r-145r, 160r-164v invenitur Marii Filonardi inventarium post mortem eius confectum.

Svenska Riksarkivet (Holmia)

Extranea Italien VII (71) continet epistulas varias annis 1631–1645 scriptas. Folia singula, numeris carentia, charta crassa munita. Repperi avvisum Aurelii Boccalini ad Marii Filonardi causam pertinens.

Archivum Publicum Maximum Historicum Leopoliense

52. descriptio 2, causa 649, p. 86-87, 101 continet indicem senatorum Leopoliensium, quorum Marius Filonardi mentionem fecit.

Bibliotheca Institutii Nationalis Ossoliniani Academiae Scientiarum Polonae Vratislaviensis, in Laudis comitialibus Belsensibus 1572–1673, t. I, sign. 15964 II, p. 179 legitur epistula reclamatoria nobilium Belsensium contra Marium Filonardi scripta; ms. 400/II; ms. 3567/II – copiae orationis a Iacobo Sobieski contra Marium Filonardi habitae.

Bibliotheca Czartorysciana Cracoviensis, ubi asservatae sunt copiae orationis a Iacobo Sobieski ad Marium Filonardi habitae – ms. 48, 2519, IV ff. 47-50 nr 10 „Oratio Jacobi Sobieski Palat. Russ. ad Marium Filonardi (...)” 1643.

Bibliotheca Iagellonica Cracoviensis, ubi in ms. Przyb. (Przybytki) 126/1951 est copiarium epistularum et documentorum, quae in cancellariis Sigismundi III regis, Vladislai IV regis et Ioannis Casimiri regis scripta sunt. In quorum numero est in f. 97r-v diploma liberi commeatus Mario Filonardi datum: „Passport Nuncio Apostolico Mario Philonardo hinc ex Polonia migranti”.

Bibliotheca Academiae Scientiarum Polonae Cracoviensis, in ms. 8391, 8405–8406 sunt Thecae Romanae 50, 65–66 et copiae et excerpta saec. XIX.

Bibliotheca Nationalis Varsaviensis in collectione BOZ 1259 exhibetur copia orationis Iacobi Sobieski et epistulae Sapieharum ad causam Marii Filonardi pertinentes – t. V. c. 133r-v; 1259.

Fontes ad Marii Filonardi nuntiaturam pertinentes primum publicati sunt in corpore orationum saeculo XVIII habitaram: Ioannes Ostrowski-Danejkowicz „Swada polska i łacińska albo miscellanea oratorskie” („Ars rhetorica Polona et Latina vel miscellanea oratoria”), Lublini 1745. Quo in opere exhibetur „Oratio Jakob Sobieski, palat. Russ. ad Marium Filonardi ... nomine regis Vladislai IV habita”.

Eduardus Rykaczewski edidit „Relacye nuncyuszów apostolskich i innych osób o Polsce od roku 1548 do 1690” („Relationes nuntiorum apostolicorum aliarumque personarum de Polonia annis 1548–1690 compositae”, t. II, Berolini, Posnaniae 1864). In tomo II, pp. 272–275 legitur instructio Mario Filonardi scripta, in linguam Polonam versa (tempus, quo scripta est, falso ab editore indicatum est) et pp. 277–280 exhibetur epistula Latina ad Urbanum VIII a principibus Polonis missa, qui a. 1643 contra Marium Filonardi exsurrexerunt.

Anno 1864 Augustinus Theiner, praefectus Tabularii Vaticani, publici iuris fecit prima documenta, quibus cancellaria pontificia Marium Filonardi in Poloniam proficiscentem ornavit. Partem quandam documentorum publicavit Eugenius Šmurlo, qui confecit inventarium documentorum, quae a Congregatione de Propaganda Fide edita ad Rem Publicam Polonorum et terras quasdam Ucrainas, quas tum illi regebant, pertinebant. Quibus in documentis tractabatur imprimis de utriusque Ecclesiae Orientalis fati post unionem Brestensem initam. Plurima documenta edita sunt a P. Basilianis, quae edenda curavit Athanasius G. Welykyj. De documentis illis disputavi in vita Marii Filonardi. Pars documentorum exhibetur in „Monumentis Ucrainae Historicis”, quae ab Andrea Šeptyckyj metropolita et Iosepho Slipyj metropolita edita sunt.

Fragmenta epistularum Marii Filonardi edidit Miecislaus Brahmer in libro „Powinowactwa włosko-polskie. Z dziejów polsko-włoskich stosunków kulturalnych” („De vinculis, quibus Itali et Poloni iuncti sunt, deque eorum commerciis ad litteras artesque pertinentibus”, editio II, Varsaviae 1980). Idem fecit Ioannes Ludovicus Masetti Zannini in suo libro „La nunziata di Varsavia e la segretaria italiana del re (1635–1645), Miscellanea Settempadana II, a cura di O. Ruggieri, San Severino Marche 1979, p. 63–90. Est, quod moneam nuntiaturam Marii Filonardi multis de causis tractatam esse a rerum gestarum investigatoribus et a musicae et artium historiae peritis, quorum libri disputationesque in hac editione laudantur.

Gratias ago maximas imprimis Patri Professore Henrico Damiano Wojtyska CP, qui cum ad nuntiaturas edendas accederem atque magnis afficerer difficultatibus, praeceptor et adiutor mihi aderat optimus ac patientissimus; consilia, quae mihi benevolus dedit, semper sum secuta.

Gratias ago Mariae Domin, doc. dr hab. Evae Głębiccka et dr Ioannae Komorowska, quae saepe mihi auxilio fuerunt atque emendandi laborem susceperunt.

Gratias ago professoribus doctissimis atque illustrissimis: Richardo Kiersnowski, Stephano K. Kuczyński et Andreae Rachuba, moderatoribus Sectionis Scientiarum Adiuvantium et Artis Editoriae in Instituto Historiae Academiae Scientiarum Polonae, qui id effecerunt, ut labori meo commode vacare possem. Grata sum etiam omnibus Collegis, qui Sectionis supra dictae socii sunt.

Grato animo commemoro Theresiam Jastrzębska de Statione Microfilmorum Instituti Pontificii Studiorum Ecclesiasticorum Varsaviensis, quae me microfilmos et libros quaerentem benevola adiuvit.

Gratias ago denique maximas meis Propinquis: Patri Henrico, Marito Andreae et Filiolae Aliciae, qui cum saepe Romae commorarer, animo se praeberunt patienti ac indulgenti.

Studia et fontes auxiliarii quibus in hoc volumine apparando usi sumus

- Acta nuntiaturae Gallicae, t. V, *Correspondance du nonce en France Ranuccio Scotti (1636–1641)*, éditée par Pierre Blet SJ, Roma, Paris 1965.
- [De] Acta Nuntiaturae Polonae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt, Petrus Savio, archivista Archivi Secreti Vaticani, „Studia Teologiczne”, XIII, Vaticani 1947.
- ADB – Allgemeine Deutsche Biographie, Bd. XVI, München und Leipzig 1882.
- Analecta Vaticano-Belgica. *Correspondance de Martino Alfieri (1634–1639)*, publiée par Wilfrid Bruler, Bruxelles, Roma 1956.
- Barącz S. – Sadok Barącz, *Rys dziejów Zakonu Kaznodziejskiego w Polsce* [Historia brevis Ordinis Praedicatorum], t. 1, Leopoli 1861.
- Barbasiewicz M. – Maria Barbasiewicz, Ewa Pustoła-Kozłowska, *Radziejowice. Fakty i zagadki* [Facta et aenigmata], Varsaviae 1997.
- Becker Rotraut, *Aus dem Alltag des Nuntius Malatesta Baglioni*, „Quellen und Forschungen aus Italienischen Archiven und Bibliotheken”, 65 (1986), p. 306-341.
- Biaudet Henry, *Les nonciatures apostoliques permanentes jusqu'en 1648*, Helsinki 1910 (Annales Academiae Scientiarum Fennicae, ser. B, t. II/1).
- [Die] *Bischöfe des Heiligen Römischen Reiches 1648 bis 1803. Ein biographisches Lexikon*. Herausgegeben von Erwin Gatz unter Mitwirkung von Stephan M. Janker, Berolini 1990.
- Brahmer Mieczysław, *Powinowactwa polsko-włoskie. Z dziejów wzajemnych stosunków kulturalnych* [De vinculis, quibus Itali et Poloni iuncti sunt, deque eorum commerciis ad litteras artesque pertinentibus], editio II, Varsaviae 1980.
- Brockhaus Encyclopädie in vierundzwanzig Bänden, Kir-Lag, F.A. Brockhaus, Mannheim 1990.
- Buchowiecki Walter, *Handbuch der Kirchen Roms I*, Wien 1967.
- Bullarium Romanum – Bullarium diplomatum et privilegiorum Sanctorum Romanorum Pontificum, Taurinensis editio, t. V, Augustae Taurinorum 1860; t. VII, ibidem 1862; t. X, ibidem 1865; t. XIII–XIV, ibidem 1868.
- Chłapowski Krzysztof, *Elita senatorsko-dygnitarska za czasów Zygmunta III i Władysława IV* [Senatores summi et viri amplissimi aetate Sigismundi III et Vladislai IV], Varsaviae 1996.
- Cardella Lorenzo, *Memorie storiche dei Cardinali della Santa Romana Chiesa scritte da Lorenzo Cardella*, t. VI, VII, Roma MDCCXCIII.
- Carlton Charles, *Karol I* [Carolus I], Varsaviae 1993.

- Chodyncki Kazimierz, *Kościół prawosławny a Rzeczpospolita Polska. Zarys historyczny 1370–1632* [Ecclesia orthodoxa et Res Publica Poloniae. Adumbratio historica 1370–1632], Varsaviae 1934.
- Chynczewska-Hennel Teresa, *Pielgrzymki nuncjuszy do Częstochowy (XVI–XVII w.)* [Nuntiorum peregrinationes Cestochovienses (saec. XVI–XVII)], in: *Peregrinationes. Pielgrzymki w kulturze dawnej Europy* [Peregrinationes. Peregrinationes in cultura veteris Europae], ed. curavit Kalina Manikowska et Hanna Zaremska, Varsaviae 1995, p. 221–224.
- Chynczewska-Hennel Teresa, *Pobył Maria Filonardiego w Wilnie (1636)* [De Mario Filonardi Vilnae (a. 1636) commorante]. „Barok. Historia. Literatura. Sztuka” [„Baroccus. Historia. Litterae. Ars”], V/2 (10) 1998, p. 55–56.
- Chynczewska-Hennel Teresa, *Problem unii kościelnej polskich Ormian w korespondencji Mariusza Filonardiego (1635–1643)* [Unio ecclesiastica Armeniorum Polonorum in litteris Marii Filonardi (1635–1643)], in: *Mappa Mundi, Studia in honorem Jaroslavi Daškevyc septuagenario dedicata*, Lviv, Kiiv, New Jork 1996, p. 451–463.
- Chynczewska-Hennel Teresa, *Unia i prawosławie w pierwszych instrukcjach dla Mariusza Filonardiego* [Unio et orthodoxi in primis instructionibus Mario Filonardi scriptis], in: *Z dziejów Europy Środkowo-Wschodniej. Księga pamiątkowa ofiarowana prof. dr. hab. Władysławowi A. Serczykowi w 60. rocznicę Jego urodzin* [Studia ad Europae mediae orientalisque historiam pertinentia. Liber Vladislao A. Serczyk sexagenario oblatus], ed. curavit Eva Dubas-Urwanowicz, Antonius Mironowicz, Halina Parafianowicz, Biłostokii 1995, p. 187–193.
- Chynczewska-Hennel Teresa, *Rzeczpospolita XVII wieku w oczach cudzoziemców* [Peregrini de Re Publica Poloniae saec. XVII quid censuerint], Varsaviae 1994.
- Ciampi Sebastiano, *Bibliografia critica delle antiche reciproche corrispondenze politiche, ecclesistiche, scientifiche, letterarie, artistiche dell'Italia colla Russia, colla Polonia ed altre parti settentrionali*, t. I–II, Firenze 1834, 1839.
- Concilium Tridentinum. Diariorum, actorum, epistolarum, tractatuum nova collectio*, ed. Societas Goerresiana, t. 9; Actorum pars sexta. Friburgi Brisgoviae 1924.
- Corpus Juris Canonici, t. II, Augustae Taurinorum 1746.
- Creighton Charles, *E History of Epidemics in Britain*, vol. I, London, Edinburgh 1965.
- Crowne Wiliam, *True Relation of ... the Travels of Thomas Howard, Earl of Arundel ... Ambassador Extraordinary to Ferdinand II, 1636*, London 1637.

- Cygan Jerzy OFMCap., *Valerianus Magni 1586–1661. „Vita prima”, operum recensio et bibliographia*, Subsidia Scientifica Franciscalia cura Instituti Historici Capuccini, 7, Institutum Historicum Capuccinum, Romae 1989.
- Czapliński Władysław, *Dyplomacja polska 1605–1648* [Diplomatica Polona a. 1605–1646], in: *Polska służba dyplomatyczna XVI–XVIII wieku* [Diplomatici Poloni saec. XVI–XVIII], Studia Z. Wójcik edenda curavit, Varsaviae 1966, p. 247–251.
- Czermak Victor, *Rapport sur les travaux de la mission de Rome en 1890/91*, BIASC, Séances de l'année 1891, Cracoviae 1891.
- Davies Norman, *Europa. Rozprawa historyka z historią* [Europa. Historicus cum historia disputat], Cracoviae 1998.
- De Daugnon F.F., *Gli Italiani in Polonia dal IX al XVIII. Note storiche con brevi cenni genealogici, araldici e biografici*, t. II, Crema 1907.
- Dictionary of National Biography [The] Founded in 1882 by George Smith, vol. X, Oxford 1963–1964 (reprint).
- DBI – Dizionario Biografico degli Italiani, vol. 6, 24, 44, Roma 1964, 1980, 1994.
- Dizionario Storico del Papato, diretto da Philippe Levillain, traduzione di Francesco Saba Sardi, vol. II (I-Z), Milano 1996.
- Długosz Józef, *Jakub Sobieski 1590–1646. Parlamentarzysta, polityk, podróżnik, pamiętnikarz* [Iacobus Sobieski 1590–1646. Legatus, politicus, viator, commentariorum auctor], Acta Universitatis Wratislaviensis, No 1172, Historia LXXXIII, Wratislaviae 1989.
- Długosz Teofil, *Dzieje diecezji smoleńskiej* [Historia dioecesis Smolenscanae], Leopoli 1937.
- Domínguez Ortiz Antonio, *Politica y Hacienda de Felipe IV*, Madrid 1960.
- Dworzaczek – Włodzimierz Dworzaczek, *Genealogia. Tablice* [Genealogia. Tabulae], Varsaviae 1959.
- Dyplomaci w dawnych czasach. Relacje staropolskie z XVI–XVIII stulecia* [Diplomatici veteres. Relationes saec. XVI–XVIII confectae], edendas curaverunt A. Przyboś et R. Żelewski, Cracoviae 1959.
- Dzięgielewski Jan, *O tolerancję dla zdominowanych. Polityka wyznaniowa Rzeczypospolitej w latach panowania Władysława IV* [Tolerantia subiectis petitur. Vladislaus IV erga homines varia sacra sequentes quo modo se gesserit], Varsaviae 1986.
- Enciclopedia Cattolica, vol. II, IX, X, Città del Vaticano 1948–1952.
- Enciclopedia Italiana di Scienze, Lettere ed Arti, vol. XXV, XXXI, Roma 1949.
- Encyklopedia historii gospodarczej Polski do 1945 roku [Encyclopaedia historiae oeconomicae Poloniae usque ad a. 1945], t. I, Varsaviae 1981.

- Encyklopedia Katolicka [Encyclopaedia Catholica] t. 2, 3, 4, 5, 7, Lublini 1985, 1989, 1997.
- Encyklopedia Kościelna [Encyclopaedia ecclesiastica], ed. sacerdos Michael Nowodworski, t. XXX, Varsaviae 1910.
- Encyklopedia Muzyczna P[olskiego] W[ydawnictwa] M[uzycznego] [Encyclopaedia Musicae Officinae Editoriae Musicae], ed. E. Dziebowska, część biograficzna e, f, g [pars biographica e, f, g], Cracoviae 1987.
- Encyklopedia Powszechna Orgelbranda [Encyclopaedia Universalis Orgelbrandiana], t. V, Varsaviae 1899.
- Encyklopedia Wiedzy o Jezuitach na Ziemiach Polski i Litwy 1564–1995 [Encyclopaedia Iesuitarum in Polonia et Lithuania annis 1564–1995 degentium, scripsit Ludovicus Grzebień SJ grege Iesuitarum adiuvante], Cracoviae 1996.
- Epistulae ad S. Iosephum Calasanctium ex Europa Centrali 1625–1648, Collectae ac commentariis historicis illustratae a P. Georgio Sántha, Sch.P., Romae 1969.
- Erickson Carolly, *Henryk VIII* [Henricus VIII], Varsaviae 2001.
- Estreicher Karol, *Bibliografia Polska* [Bibliographia Polonorum], t. XVI (E-F), Cracoviae 1898.
- Fabisz Paweł Władysław, *Wiadomość o legatach i nuncyuszach apostolskich w dawnej Polsce (1075–1865)* [De legatis et nuntiis apostolicis in vetere Polonia (1075–1865)], Ostrów 1864.
- Fantoni Castrucci Padre [carmelitano], *Sebastiano Mario, istoria della città d'Avignone e del contado venesino stati della Sede Apostolica nella Gallia ...*, in Venetia 1678.
- Fedalto Giorgio, *Hierarchia Ecclesiastica Orientalis. Series episcoporum, ecclesiarum christianorum orientalium*, t. I, Patriarchatus Constantinopolitanus, Padova 1988.
- Gadacz Jan Ludwik, *Słownik Polskich Kapucynów* [Lexicon Capuccinorum Polonorum], t. II, Wratislaviae 1986.
- Garampi Iosephus, *Synopsis Legatorum et Nuntiorum Apostolicorum in Polonia*, ms. AV, Fondo Garampi 23.
- Gramatowski Wiktor SJ, *Polonica liturgiczne w Kongregacji Obrzędów 1588–1632. Studium z dziejów Kurii Rzymskiej* [Polonica liturgica in Congregatione Sacrorum Rituuum a. 1588–1632. Studia ad Curiae Romanae historiam pertinentia], series „Bobolanum” 13, Facultas Theologica Societatis Iesu Varsaviensis, Provincia Maioris Poloniae – Masoviensis Societatis Iesu, Romae, Varsaviae 1988.
- Gudziak Borys A., *Crisis and Reform. The Kyivan Metropolitanate, the Patriarchate of Constantinople, and the Genesis of the Union of Brest*, Cambridge, Massachusetts 1998.
- Guglielmotti Alberto, *Storia della marina pontificia*, t. 7, Roma 1892.

- Günter Heinrich, *Die Habsburger Liga 1625–1635. Briefe und Akten aus dem General-Archiv zu Simancas*, Berolini 1908.
- Halecki Oskar, *From Florence to Brest*, Archon Books 1968 (ed. II); *Od unii florenckiej do unii brzeskiej*, versio Polona publicata Lublini-Romae 1997, t. I–II.
- Haluščynskij R.P., Theodosius T., P. Athanasius G. Welykyj, *Epistolae Iosephi Velamin Rutskyj Metropolitanæ Kioviensis Catholici (1613–1637)*, Romae 1956.
- Hierarchia Catholica HC – Patritius Gauchat, Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi, vol. IV: A pontificatu Clementis PP VIII (1592) usque ad pontificatum Alexandri PP VII (1667), Monasterii 1935.
- Hińcza Marcin, *Król bolesny Jezus Chrystus* [Rex dolorosus Iesus Christus], Lublini 1631.
- Hińcza Marcin, *Gloria in excelsis*, Cracoviae 1636.
- Historia Dyplomacji Polskiej* [Historia diplomaticae Polonae], t. II, 1572–1795, ed. curavit Zbigniew Wójcik, Varsaviae 1982.
- Historia i kultura Żydów polskich. Słownik* [Historia et Cultura Iudaeorum Polonorum, Lexicon], Alina Cała, Hanna Wągrzynek, Gabriela Zalewska, Varsaviae 2000.
- Ingoli Francesco, *Relazioni delle Quattro Parti del Mondo*, a cura di Fabio Tossi, con un saggio di Josef Metzler, Urbaniana University Press, Città del Vaticano 1999.
- Jorga Nicolae, *Byzance après Byzance. Continuation de l'Histoire de la vie Byzantine*, Bucurest 1971.
- Jorga Nicolae, *Geschichte des Osmanischen Reiches*, Dritter Band (bis 1640), Gotha 1910.
- Juris Pontificii de Propaganda Fide pars prima complectens Bullas, Brevia, Acta S.S. a Congregationis institutione ... cura ac studio Raphäelis de Martini, vol. I, Romae 1838.
- Kaczorowski Włodzimierz, *Sejmy konwokacyjny i elekcyjny w okresie bezkrólewia 1632 r.* [Comitia convocationis et electionis causa tempore interregni a. 1632 indicta], Opole 1986.
- Kaczorowski Włodzimierz, *Stanowisko Stolicy Apostolskiej wobec elekcji królewicza Władysława* [Sedes Apostolica de principe Vladislao Vasa quid senserit], „Odrodzenie i Reformacja w Polsce”, t. 29, 1984, p. 155–166.
- Kantak Kamil, *Bernardyni Polscy* [Bernardini Poloni], t. II (1573–1795), Leopoli 1933.
- Karpiński Andrzej, *W walce z niewidzialnym wrogiem. Epidemie chorób zakaźnych w Rzeczypospolitej w XVI–XVIII w. i ich następstwa demograficzne, społeczno-ekonomiczne i polityczne* [Hostis invisibilis impugnatur. De morbis contagiosis in Re Publica saec. XVI–XVIII

- saevientibus eorumque effectibus demographicis, socialibus, oeconomicis et politicis], Varsaviae 2000.
- Klasztory bernardyńskie w Polsce i w jej granicach historycznych [Monasteria Bernardinorum in Polonia et in eius finibus historicis], ed. curavit sacerdos Hieronim Wyczawski OFM, Monte Calvariae 1985.
- Konopczyński Władysław, *Dzieje Polski nowożytnej* [Historia Poloniae recentioris aetatis], t. I, Varsaviae 1986.
- Kowalsky Nicolas OMI, Josef Metzler OMI, *Inventory of the Historical Archives of the Sacred Congregation for Evangelization of Peoples or „de Propaganda Fide”*, Rome 1983.
- Kraus Andreas, *Das Päpstliche Staatssekretariat unter Urban VIII (1623–1644)*, Rom, Freiburg, Wien 1964.
- Kubala Ludwik, *Jerzy Ossoliński*, w: *Dziela Ludwika Kubali* [Opera Ludovici Kubala], t. 1, Leopoli-Varsaviae 1924.
- Kumor Bolesław S., *Dzieje diecezji krakowskiej do roku 1795* [Historia dioecesis Cracoviensis usque ad a. 1795], t. II, Cracoviae 1999.
- Kurczewski Jan, *Biskupstwo wileńskie* [Episcopatus Vilnensis], Vilnae 1912.
- Lauda sejmikowe. Akta grodzkie i ziemskie z Archiwum we Lwowie, t. I. Lauda wiszeńskie 1572–1648 [Lauda comitialia. Acta castrensia et terrestria in Archivo Leopoliensi asservata, t. I. Lauda Viscoviensia 1572–1648], ed. curavit A. Prochaska, Leopoli 1909.
- Legati e Governatori dello Stato Pontificio (1550–1809), a cura di Christoph Weber, Roma 1994.
- Lesiak Krzysztof, Hanna Samsonowicz, *Kolumna Zygmunta III Wazy w Warszawie. Twórcy i źródła inspiracji* [Columna Sigismundi III Vasa Varsaviensis. Auctores et exempla, quae secuti sunt], „Biuletyn Historii Sztuki” [„Commentarii Historiae Artis Investigandae”], 1-2, 1997, p. 104-111.
- Lewański Julian, *Świadkowie i świadectwa opery Władysławowskiej*, in: *Opera w dawnej Polsce na dworze Władysława IV i królów saskich* [Testes et testimonia dramatis musici aetate Vladislaviensi exculi, in: *Dramata musica in vetere Polonia in aula Vladislai IV et regum Saxoniorum*], Wratislaviae 1973, p. 61-80.
- Lewański Julian, *Virgilio Puccitelli e il suo teatro per musica*, „Miscellanea Settempadana”, *Virgilio Puccitelli e il teatro per musica nella Polonia di Ladislao IV*, a cura di Oreste Ruggieri, II, San Severino Marche 1979, p. 9-52.
- Lexikon für Theologie und Kirche, Bd. X, Freiburg 1965.
- Lileyko Jerzy, *Apoteoza króla czy krzyża na warszawskiej kolumnie Zygmunta III?* [Apotheosis regis vel crucis in columna Sigismundi III Varsaviensi?], „Roczniki Humanistyczne” [„Annales Humanistici”], XLII, 1994, fasc. 4, p. 115-138.

- Litta Pompeo, *Famiglie celebri di Italia*, t. 3, Milano 1855.
- Lutz Georg, *Kardinal Giovanni Francesco Guidi di Bagno*, Tübingen 1971.
- Lutz Georg, *Rom und Europa während des Pontifikats Urbans VIII*, in: *Rom in der Neuzeit. Politische, kirchliche und kulturelle Aspekte*, Wien-Rom 1976, p. 72-167.
- Lünig Johan Christian, *Litterae procerum Europae ab imperatoribus, electoribus, principibus ... ad Reges, principes, republ. liberar et vice versa ... ab anno 1552 usque ad annum 1712*. Latina lingua exaratae in tres partes divisae et in lucem editae Jo. Christiano Lünig, Lipsiae 1712.
- Lünig Johan Christian, *Orationes procerum Europae eorumque ministrorum ac legatorum ut et virorum celeberrimum in multifarisis, tam laetitiae, quam tristitiae casibus, nec non bell ac pacis negotiis itemque religionis causa, ab aliquot seculis usque ad Annum 1713 latina [...] in lucem editae Joanne Christiano Lünig, Lipsiae 1713.*
- Magni Walerian Maksymilian, *Echo absurditatum*, Cracoviae 1646.
- Magni Walerian Maksymilian, *Demonstratio ocularis loci sive locato; corporis successive moti in vacuo; luminis nulli corpori inhaerentis*, Varsaviae 1647.
- Magni Walerian Maksymilian, *Principia et specimen philosophiae*, Varsaviae 1648.
- Malaspina Germanicus, *Acta Nuntiaturae Polonae*, t. XV, Germanicus Malaspina (1591–1598), vol. 1 (1 XII 1591 – 31 XII 1592) in quo publicantur etiam documenta legationem a latere cardinalis Georgii Radziwiłł necnon munera ab Attilio Amalteo et Maximiliano de Pernstejn expleta illustrantia, edidit Lescus Jarmański, Cracoviae 2000.
- Martini Angelo, *Manuale di metrologia*, Torino 1883.
- Masetti Zannini Gian Ludovico, *Due Re in Polonia ed un poeta e musicista settempedano* (Dieci lettere inedite dell' Archivio Servanzi), „Miscelanea Settempedana”, 1, 1976, p. 61-80.
- Mazzei Rita, *Traffici e uomini d'affari italiani in Polonia nel Seicento*, Milano 1983.
- Menniti Ippolito Antonio, *Il tramonte della Curia nepotista*, Roma 1999.
- Michaud, *Biographie universelle ancienne et moderne*. Nouvelle édition, t. XIII, Paris 1855.
- Miński Stanisław, *Sposób odprawowania poselstwa z obedyencyją do Rzymu* [De ratione legationis Romanae oboedientiae declarandae causa obitae], ed. Józef Korzeniowski, Cracoviae 1889.
- Monumenta Iuris Cura Praepositorum Chartophylacis maximo Varsoviensi, vol. 1, Varsoviae 1912.
- Moroni – Gaetano Moroni. *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica da S. Pietro sino ai nostri giorni*, vol. III in Venezia 1840.

- Morsanuto Tiziana, *Giovanni Giacomo Arrigoni (1597–1675)*. Un compositore seicentesco tra Venezia, Vienna ed Udine. Tesi di Laurea di Udine degli studi di Pavia, Scuola di Paleografia e Filologia Musicale 1989–1990.
- New Cambridge Modern History [The], vol. IV, *The Decline of Spain and the Thirty Years War 1609–1648*, ed. J.P. Cooper, Cambridge 1971.
- New Grove Dictionary of Music and Musicians, ed. S. Sadie, vol. I, London 1980.
- Nitecki Piotr, *Biskupi Kościoła w Polsce. Słownik Biograficzny* [Episcopi Ecclesiae Polonae, Lexicon Biographicum], Varsaviae 1992.
- Nussdorfer Laurie, *Civic Politics in the Rom of Urban VIII*, Princeton, New Jersey 1992.
- Ostrowski Jan Daneykowicz, *Swada polska i łacińska albo miscellanea oratorskie* [Impetus oratorius Polonus et Latinus vel miscellanea oratoria], t. II, Lublini 1745.
- Oxford History of England [The], *The Early Stuarts 1603–1660*, by Godfrey Davies, Oxford 1959.
- Pastor Ludovico, *Storia dei Papi dalla fine del Medio Evo*, t. XIII, *Storia dei Papi nel periodo della Restaurazione Cattolica e della Guerra dei Trent'anni, Gregorio XV (1621–1623) ed Urbano VIII (1623–1644)*, versione Italiana di Mons. prof. Pio Cenci, Roma 1961.
- Pecchiai Pio, *I Barberini*, „Archivi” (Archivi d’Italia e Rassegna Internazionale degli Archivi), Quaderno doppio, N. 5, Roma 1959.
- Petrowicz Gregorio, *L’Unione degli Armeni con la Santa Sede (1626–1683)*, Roma 1950.
- Piasecki Paweł, *Chronica gestorum in Europa singularium*, Cracoviae 1645.
- Podhorodecki Leszek, *Raszba Noj, Wojna chocimska 1621* [Bellum Chocinense 1621], Cracoviae 1979.
- Podhorodecki Leszek, *Wojna polsko-turecka 1633–1634* [Bellum Polono-Turcicum 1633–1634], in: „Studia i Materiały do Historii Wojskowości” [„Studia et documenta ad rei militaris historiam pertinentia”], 1976, t. XX.
- PSB – Polski Słownik Biograficzny [Lexicon Biographicum Polonorum], T. I, III, V, VII–XIII, XVII, XVIII, XXIII, XXIV, XXV, XXIX, XXX, XXXII–XXXIV, XL, Cracoviae 1935 – Wratislaviae-Varsaviae-Cracoviae 1960–2000.
- Pope Andrzej, *Fundacja biskupstwa smoleńskiego* [Fundatio episcopatus Smolenscani], „Przegląd Historyczny” [„Commentarii historici”], 1966, 57, p. 538–557.
- Przeddziecki Aleksander, *Wiadomość bibliograficzna o rękopisach zawierających w sobie rzeczy polskie, przejranych po niektórych bibliotekach i archiwach zagranicznych w latach 1846–1849* [De libris manu scriptis res Polonicas continentibus, quos auctor annis 1846–1849 in nonnullis bibliothecis et tabulariis exteris excussit], Varsaviae 1850.

- Quazza Romolo, *La guerra per la successione di Mantova e del Monferrato (1628–1631)*, t. 1-2, Mantova 1926.
- Rachuba Andrzej, *Jan Piotr* in: *Dom Sapieżyński* [Domus Sapieharum], ed. curavit Eustachius Sapieha, Varsaviae 1995.
- Radziwiłł Albrycht Stanisław, *Memoriale rerum Gestarum in Polonia 1632–1656*, t. I: 1632–1633, t. II: 1634–1639, ed. curaverunt Adam Przyboś et Roman Żelewski, Wratislaviae, Varsaviae, Cracoviae 1968, 1970.
- Radziwiłł Albrycht Stanisław, *Pamiętnik o dziejach w Polsce* [Memoriale rerum gestarum in Polonia], in linguam Polonam verterunt et notis instruxerunt Adam Przyboś et Roman Żelewski, t. I: 1632–1636, t. II: 1637–1646, Varsaviae 1980.
- Recueil des Instructions Générales aux Nonces de Flandre (1596–1635)*, publié par Alfred Cauchie et René Maere, Bruxelles 1904.
- Recueil des principaux reglemens faits par les eminentissimes cardinaux legats, ou illustrissimes et excellentissimes vice-legats, concernant la cité d'Avignon et le Païs du Comté Venaissin*. Ensemble la Bulle super Bono Regimine, Avignon 1670.
- Relacje nuncjusów apostolskich i innych osób o Polsce od roku 1548 do 1690* [Relationes nuntiorum apostolicorum aliorumque de Polonia inde ab anno 1548 usque ad annum 1690], t. II, Berolini, Varsaviae 1864.
- Reppen Konrad, *Papst, Kaise und Reich 1521–1644. Die Römische Kurie und der Westfälische Friede* (Band I, Bibliothek des Deutschen Historischen Instituts in Rom. Band 24), Tübingen 1962.
- Reynard – Lespinasse Henri, *Armorial Historique du Diocèse et de l'Etat d'Avignon*, Paris [bez daty wydania] (Section d'Art Héraldique).
- Ruggieri Oreste, *Scenografia e cronaca teatrale in alcuni dispaacci di Filonardi*, Miscellanea Settempadana. Virgilio Puccitelli etc.
- Runciman Steven, *Wielki Kościół w niewoli. Studium historyczne patriarchatu konstantynopolińskiego od czasów bezpośrednio poprzedzających jego podbój przez Turków aż do wybuchu greckiej wojny o niepodległość* [Magna Ecclesia captivitate oppressa. Studium historicum patriarchatus Constantinopolitani a temporibus, quibus in Turcarum potestatem est redactus, usque ad bellum, quod Graeci pro libertate pugnantibus excitaverunt], in linguam Polonam vertit J. Łoś, Varsaviae 1973.
- Rychtalski Daniel, *Theologia de Divinitate verbi Incarnati et humanitati eiusdem Deificata Częstochoviae in Conventu Clari Montis ... Anno 1641*, Cracoviae in officina Valeriani Piątkowski 1641.
- Samarthanus Dionisii, *Gallia Christiana*, t. I, Parisiis 1715.
- Samsonowicz Hanna, *Krakowskie Przedmieście w okresie panowania dynastii Wazów* [Suburbium Cracoviense aetate Vasarum], in: *Historyczne Centrum Warszawy. Urbanistyka. Architektura. Problemy Konserwatorskie*. Materiały sesji naukowej Varsaviae, 23-24 maja 1996 [Centrum

Historicum Varsaviense. Urbanistica. Architectura. Quaestiones Conservatoriae. Acta Sessionis Scientifical Varsaviae diebus 23-24 m. Maii a. 1996 habitae], ed. curavit B. Wierzbicka, Varsaviae MCMXCVIII, p. 68-79.

Santa Croce Antonius – Acta Nuntiaturae Polonae, Tomus XXIII Antonius Santa Croce (1627–1630), Volumen I (1 III 1627 – 29 VII 1628), edidit Henricus Litwin, Romae 1996.

Seredyka Jan, *Sejm w Toruniu z 1626 roku* [Comitia Thorunensia a. 1626 habita], Wratislaviae 1966.

Serie Cronologica dei Legati e Governatori della città di Bologna 1447–1761, f. 194; Le carte dell'Archivio di S. Pietro di Perugia a cura T. Leccisotti e C. Tabarelli con prefazione di N. Mazzocchi Alemani, vol. I, Milano 1956.

Shrewsbury J.F.D., *E History of Bubonic Plague in British Isles*, Cambridge 1971.

Siri Vittorio, *Del mercurio overo Historia de'correnti tempi*, tomo II, in Genova 1649.

Skowron Ryszard, *Dyplomaci polscy w Hiszpanii w XVI i XVII wieku* [Diplomati Poloni in Hispania saec. XVI et XVIII], Cracoviae 1997.

Słownik Geograficzny Królestwa Polskiego i innych krajów Słowiańskich [Lexicon Geographicum Regni Poloniae aliarumque terrarum Slavarum], editionem curaverunt Filip Sulmierski, Bronisław Chlebowski et Władysław Walewski, t. XI, Varsaviae 1890.

Squicciarini Donato, *Nunzi Apostolici a Vienna*, Città del Vaticano 1998.

Storti Nicola, *La storia e diritto della Dataria Apostolica dalle origini ai nostri giorni*, Napoli 1969.

Sułowska Zofia, *Działalność nuncjusza Viscontiego w Polsce (1630–1635)* [De iis, quae M. Visconti nuntius apud Polonos (1630–1635) gessit], „Roczniki Humanistyczne KUL” [„Annales Humanistici Universitatis Catholicae Lublinensis”], 9 (1960), fasc. 4, p. 31-99.

Supplementum Novum Purpurae Doctae seu vitae, legationes, res gestae, obitus ... per Georgium Jesepum ab Eggs, 1729.

Szelągowski Adam, *Rozkład Rzeszy a Polska za panowania Władysława IV* [Discidium Imperii et Polonia Vladislao IV regnante], Cracoviae 1907.

Szweykowscy Anna et Zygmunt, *Włosi w kapeli królewskiej polskich Wazów* [Itali in orchestra regia Vasarum Polonorum], Cracoviae 1997 (Musica Iagellonica).

Szweykowski Zygmunt, *Musica moderna w ujęciu Marka Scacchiego* [Musica moderna secundum Marcum Scacchi], Cracoviae 1977.

Szymański Stanisław, *Pałac królewski w Grodnie* [Palatium regium Grodnense], „Roczniki Białostockie” [„Annales Bielostokienses”], 1965, VI, p. 297-333.

- Targosz-Kretowa Karolina, *Teatr dworski Władysława IV (1635–1648)* [Theatrum aulicum Vladislai IV (1635–1648)], Cracoviae 1965.
- Testi Fulvio, *Lettere a cura di Maria Luisa Doglio*, vol. II (1634–1637), vol. III (1638–1646), Bari 1967.
- [Thoma a Jesu], *De procuranda salute omnium gentium*. Libri XII, Antverpiae 1613.
- Tüchle Herman, *Acta SC de Propaganda Fide Germaniam spectantia. Die protokolle der Propaganda-Kongregation zu deutschen Angelegenheiten 1622–1649*, Paderborn 1962.
- Ughello Ferdinando, *Italia Sacra sive de episcopis Italiae et insularum adjacentium*, tomus septimus, Venetiis apud Sebastium Coleti 1721.
- Urban Waclaw, *Akademia Krakowska w dobie reformacji i wczesnej kontr-reformacji (1549–1632)* [Academia Cracoviensis aetate reformationis et contrareformationis ineuntis (1549–1632)], in: *Dzieje Uniwersytetu Jagiellońskiego w latach 1364–1764* [Universitatis Jagellonicae a. 1364–1764 historia], t. 1, ed. curavit K. Lepszy, Cracoviae 1964, p. 253-307.
